

SENTENTIAE
HISTORICORVM

PER RICHARDVM

DINOTHVM NOR^o ~~atellam~~

mannum Constan-
tinatem col-
lectæ.



B A S I L E A.

Ex officina Petri Pernæ.

M. D. LXXX.

SENTENTIAE
HISTORICORVM

PER RICHARDVM

DINOTHVM NOR-

mannum Constan-

tinatem col-

lectæ.



B A S I L E A.

Ex officina Petri Perna.

M. D. LXXX.

AMPLISSIMO
ATQVE ORNA-

TISSIMO VIRO

D. LVCAS OSIAN-

dro, Theologiae
Doctori,

ET APVD INCLYTVM

Ducem Vniterbergicum
Concionatori Au-
lico.

SOLENTE (vir clarissi-
me) qui ad Rhetorices stu-
dium, vel Poetices se appli-
cant, quasdam ex classicis
authoribus gnomas colligere, quas licen-
tiore orationis stylo postea pertractent,
& ut ipsorum laudabiles conatus inua-
rentur: decerptæ sunt ex philosophis,
oratoribus & poetis sententiae, quæ Se-
lectæ vulgo appellantur. Eas dignas quæ
in studiose inuentutis manibus assidue

versentur, semper indicaui. Prosum enim non parum ad acuendum ingenium & iudicium formandum. Sed cum historicos viderem grauiores adhuc sententias scriptis suis inferuisse, & quæ ad exercendum stylum maximè utiles esse possunt: rem nō ingratam philologis me facturum putavi, si ex illo magis egregias & insignes colligerem, ut collatione cum poetarum, philosophorum, & oratorum gnomis, quæ in ipsorum gratiam iandiu collectæ sunt facta: quas commodiiores iudicabunt, in tenuiori cura prosequantur. Hæc animo volutantem non mediocriter impulit inter aliquot doctos viros de historiae ratione habita disputatio: quorum cū alij eam non modo utilem, sed apprimè necessariam ad regendas resp. firmissimis argumentis ostenderent, alij nullius ferè momenti in politica administratio-

ne contendenter: ita fui in meis cogitationibus à prioribus confirmatus, vt quod animo intenderam, omni opera & labore adhibito prosequi instituerim, non irritos nec inutiles meos contatos futuros existimans, cum viros peritos rerum meæ sententiæ ad stipulatores, meiq; propositi approbatores haberem. Historicorum itaque insignium (qui ad manus meas peruenere) gnomas selegi, quæ breuibus verbis ostendunt, quid in rebus perplexis & arduis homines solerter senserint aut egerint, & quid malesanis & infelibus populis, aut ducibus ex re male gesta, aut perperam consulta acciderit. Et quia vsu venire conspicimus, vt quo grauior & celebrior persona dicentis est, eo pluris aestimetur, & studiosius obseruetur oratio, cum à principibus, copiarum ductoribus, prudentiae con-

spicuis viris sententias prolatas com-
peri, eos simul cum authore nominaui,
vt eorum nomen dicti grauitate illu-
stretur, & dictum ex persona dignita-
te pondus habeat. Hanc lucubra-
tiunculam meam (dignissime doctor)
sub tuo patrocinio euulgari curauit: ad
quod faciendum & nomen, & virtus,
& dignitas tua me inuitarunt. No-
men equidem tuum ob doctissimas lu-
cubrationes, quas in sacra Biblia edi-
disti, vt in ore omnium est: ita mihi præ-
sidio, & libello ornamēto futurum pro-
spicio. Egregias virtutes tuas omnes,
qui te norunt, admirantur & amant:
sed ob singularem humanitatem maxi-
mē sufficiunt. Ea inuidorum trucu-
lentiam cohabet, & amicorum beneuo-
lentiam ita confirmat, vt tuum decus
non minus illiscitur sit, quam suum. Es
certe me tibi adeò deuinatum reddidit,

vt nullus mihi sittam consanguinitate
propinquus, cui te non facile prætule-
rim. Ut hæc autem humanitas quo suis
ad se allicit: ita summa tua constan-
tia, qui tibi sunt conciliati, arctissimè
deuincit, qua in duobus maxime cerni-
tur, in veritate tuenda, & amicitia
colenda. Primum voce & scriptis conti-
nenter demonstras: secundum certis ex-
perimentis à plurimis cognoscitur: &
vnum præ ceteris variorum hominum
sermonibus diuulgatur, quod scilicet
spectatissimi ac doctissimi viri Baltha-
saris Bidembachij memoriam non mi-
nus religiose conservas, quam sincerè
dum viueret, eius amicitiam coluisti.
Hoc ingenuum & laudabile factum
omnibus pīs probatum, me tibi bene cu-
pere & gratulari cogit, quia amantis
mi domini, & colendissimi patroni re-
cordatio mihi gratissima & suauissima

perpetuò erit. Sicuti vero hæ virtutes omnium amorem & gratiam tibi conciliant, ita & dignitas tua omnibus conspicuum, & venerandum te præbet; quæ tanta est, ut celsiorem asequi non exoptes. Et quid honorificentius tibi posset contingere, quam quod a siduus ades illustrissimo & magnificentissimo principi Ludouico ad gloriam & laudem pietatis hortator? cuius clarissima virtutes iam in universo orbi ita innotuerunt, ut apud barbaras gentes etiam cœlum brentur. Cum omnes autem per celebres sint: duæ maxime sufficiendum & admirabilem eum reddunt, singularis literarum amor, & firmum constans que pacis studium, quæ ut illius famam illustrant, sic ipsius ditiones florentissimas & beatas efficiunt. Huius inclytæ magni principis laudis non promotor solum; sed particeps censendus es. Nam
domini

domini bonum toti familie commune est, & eius gloria pars non exigua in eos exundat, qui in consilium ipsius adhuc bencur. Læto itaque vultu hoc munusculum à me accipias rogo (dignissime doctor) meæ erga te obseruantæ testimoniū, quam ut perpetuam esse volo, ita omnibus notam esse percupio. laudi enim mihi duco illum virum amare & colere, qui se cunctis amabilē & venerandū præbet. Vale,
Basileæ 3. Decembris, 1579.

Tua Amplitudini deditissimus
Richardus Dinoth.

A 5



Doleſcentia ſuapte na-
ra mobilis, & contumax
temerè ad omnia fertur,
qua concupifcit. Nicē-
phorus.

AEQUITAS.

Aequitate, quām sanguine:cauſa,
quām armis retinere parta maiori-
bus, laudabilius x̄ſtimatur. Tacitus.

Est ita comparatum, vt etiam ma-
lorum ſocietas, niſi æquitas atque iu-
ſtitia fuerit feruata, facillimè infrin-
gatur. Polybius.

Absit iniuria & labor, quibus nulla
fructus pars eſt. Sallustius.

ÆRVMNIA.

Nemo eſt cuiuscunq; dignitatis,
qui non patiatur aliq; moleſtiarū,
ſiue priuatim, ſiue publicè, & præci-
puè iij qui coegerunt alios pati. Com-
mineus.

Non in aduersis iactantia locuſ.
Appianus.

Vicio nihil turpius, nec miseriū.
Scodrenſis.

Ambi-

Ea eſt ambicioſorum natura mortali-
um, vt quum ipſi nulla insigni do-
te præſtantioris ingenij ad laudem e-
mineant: aliena vitia in cenuſu tanquā
proprias virtutes adnumerēt. Iouius.

Qui ſua intemperantius amant, o-
bliti rationis, citiſſimè præcipites dā-
tur, vt reliqua ſua quum fata vrgent,
penitus euertant. Iouius.

Inane appetere, qua ambientis ani-
mi desiderium non finiunt. Iouius.

Discordia, auaritia, atque ambicio
ſecundis rebus oriri ſolita mala. Sal-
lufiſtus.

AMICITIA.

Omnium poſſeſſionum precioſiſ-
ſima, vir amicus ſolers, bene ſentiens.
Herodianus.

Fides, libertas, amicitia præcipua
humani animi bona. Dictum Galbae
Imp. Tacitus.

Syneræ fidei amici præcipue in ad-
uersis rebus cognoscuntur, in quibus
quicquid præſtatur, totum à conſtan-
ti benevolentia profiſcitur. Va-
lerius Maximus.

Celerius est sine reprehēsione pro pinquum auertere, quām amicum: quia altera diremptio iniquitatis, altera leuitatis criminis subiecta est. Valer. Max.

Tenacius eorum nomina posteritatis memoria apprehendit, qui aduersos casus amicorum non deseruerunt, quām qui prosperum vitæ cursum comitati sunt. Idem.

Non præcipuum amicorum munus est prosequi defunctum ignauo questu: sed quæ voluerit, meminisse: quæ mandauerit, exequi. Tacitus.

Qui recens in amicitiam venerunt, non infortunio, sed beneficijs decenter affecti seruare fidem consuevere. Procopius.

Mens, quæ in amicos prauitatis & inconstantiae semel arguitur, diuerte. re ab æquitatis via assidue solet. Idem.

Amicorum facta hostilia nec diligenter cauere, nec astu repellere facile. Dictum Tullij regis. Halicar.

Ad salutem & incolumitatē tuendam opus est aut amicis ingenuis, aut
acribus

acribus inimicis. Plutarchus.

Nemo exosus firmus in amicitia. Halicarnass.

Nulla potest esse diuturna amicitia, quæ non sit omnis mutuae suspicionis expers. Sabellicus.

Amicitia ob pecuniam facta, cum eadem absumpta consumitur. Procopius.

AMOR

Neque spes neque cura reperiri alia iucundior facile potest, quām sit amoris occupatio: nec inuenire suppli cium grauius in procliui est, quām si rerum expediendarum cura quis ab amoribus suis arceatur. Xenophon.

Non amori iucundum est illa exper tere, quæ in promptu sunt: sed quæ sperantur. Idem.

Ingeniosos reddit homines amor Scodrensis.

Verisimile non est, nec natura patitur diligentem non diligi: cum vide mus canes equosque magistros curatoresq; suos circumludere atque blandiri. Volaterranus.

ANGUSTIA.

Amat Deus in extrema angustia constitutos, modò non sint improbi. Agathias.

Communi studio mortales in angustijs quaicunque euadendi rationes querunt, & vel ab infensissimis hostibus oblatas iræ odijque veteris oblii perlibenter arripiunt. Léquinus Appolonius.

ANIMVS.

Ita homines diuinitus sunt comparati, vt vnà cū potentia animi quoque crescant. Xenophon.

Robur corporis senescit, animi vires in fortibus viris senectutis expertes. Idem.

Magnus animus, & constans adficitis magis rebus, aduersisq; dignoscitur. Plutarchus.

In quo quisque erecto versatur animo, tutior existit: quisquis irato non minus labi consuevit. Thucydides.

Animus certis negotijs occupatus effugere serò solet multarum cogitationum pruarumque cupiditatum fluetus. Zonaras

Nihil

Nihil animo iucundius, quām id videre & audire quod desideret. Nicephorus.

Deprauati animi labes illustris formæ specie aliquandiu contegi potest. Iouius.

ARCANVM.

Arcanum pluribus auribus, quām vni commissum, multifariam erumpit, amissōque arcani nomine fama celebris dici debet. Nicephorus.

ARMÆ.

Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberí queunt. Tacitus.

Nemo adeò in arma promptus, vt non idem precium quietis, quām periculi malit. Idem.

In armorum vi sita est urbium potentia, quæ nulla est absque numerosis copiis. D. Tullij regis. Liuius.

Non legum formulis aut litium contestatione, sed armis atque virtute regna in ius principum cadūt. Procopius.

Non ignavia magna imperia copiis

tinentur virorum, armorumq; pacium
dum certamen. Tacitus.

Armatis & fortibus iura fauēt. Aen.
Sylvius.

Nihil ea existimatione fragilius,
quæ voluntate & studio hominum
nixa, nullis armorum præsidij sustine-
tur. Iouius.

Verbis & nugis opus non est, cum
marte iudice disceptare licet. Zo-
naras.

Nequaquam feruidis animis, sed
stibili consilio, & certa arte discipli-
næ militaris exercenda sunt arma. Io-
uius.

Qui non exēplo humanitatis, non
sedulo verborum monitu flectuntur,
aduersus eos non verba, sed arma ne-
cessaria sunt. Sabellicus.

ARROGANTIA.

Deus arroganter se iactantes, quasi
prudentia præcellerent, vult deprime-
re: qui actionum suarum primordia
solent à dijs capere, maiori ornat glo-
ria. Thucydides.

Plerunque hominibus nimia perti-
nacia

nacia & arrogantia accidere solet, vt
cò tandem recurrent, & cupidissimè
petant, quod paulo antè conteimpse-
rint. Iou. Bizar.

ASSENTATIO.

Assentatio adulatorum, perpetuū
malum regum. Curtius.

Regū opes sēpius assentatio quām
hostis euertit. Curtius. Aemilius.

Pudere debet ea expectare ferre q;
præmia, quæ turpi obsequio, vel adu-
latione facile parantur. Iouius.

Moribus corruptis adulatio perin-
de anceps, si nulla, & vbi nimia est. Ta-
citus.

AUDACIA.

Audacia antequam radices agat,
in ipso exortu vindicanda: quādo cū
inueterarit, velut suo iure sauit, nec
euertitur, nisi magna sua continentia
que ruina, sēpeque oppressis ip-
sis vindicibus. Aemylius.

Longe periculosius violentiæ au-
dacięque confidere, quām peruersos
animi impetus recta ratione mode-
rantem opportuna temporum & re-

rum momenta expectare. Iouius.

Audacter dimicat, qui nihil in spē ponit. Scōdrensis.

Audacium consiliorum autores quod ore suadēt, manu prosequi conuenit. Procopius.

In prosperis audacia obrepit, & in consulta temeritas nescit consilium ducis expectare. Egesippus.

Quæ audacter coeperis, nisi ea perficere fortiter pergas, foēdum & infœlicem exitum sortiuntur. Iouius.

Insulsa audacia in exitium ducit: prudens cunctatio seruare satis apta. Agathias.

BELLVM.

Asumunt singuli bellum vel diuinæ virtuti, vel humanis opibus confidentes, quibus vtraque deficiunt, in manifestam captiuitatem præcipiti temeritate ruunt. D. Agrippæ regis. Iosephus.

Tantum illud bellum iustū, quod necessarium: & pia arma, ultra quæ nulla restat spes. Liuius. Machiauel.

Diuina fit iustitia, ut qui primi bellum

Ium intulerunt, supplices pacem petant. Iouius.

Grauim hominum est, si non laeçtantur iniuria, quiescere: egregiorum autem, si laceſſiti fuerint, pacem bello mutare: eosdem re bene gesta rursus in concordiam redire, neque bellorum prosperitate extolli, neque ex ocio pacis voluptate captos pati iniuriam. Thucydides.

Motum semel bellum neque depolare facile est, neque absque magnis calamitatibus sustinere. D. Agrippæ. Iosephus.

Aliquos ætas belli malorum nefios, quosdam inconsiderata spes libertatis, nonnullos auaritia ad capiēda arma succedit. D. Agrippæ. Iosephus.

Qui cupidè bella ineunt, prius in negotijs versantur, quæ posteriora cōſilijs effe debebant. Idem cum aduenit calamitas, tunc ad rationem fese conferunt. Thucydides.

Bellū sumitur ab ignavis, strenuis.

simi cuiusque periculo geritur. Tacitus.

Cuius bellum inchoare licet: inchoatum finire in victoris arbitrio est. Sabellicus.

Ita natura comparatum est, ut his bellorum partibus omnes libentius esse velint, unde maior spes appareat victorie, ut non tam causa, quam fortuna spectetur. Idem.

Nomen Reip. belli speciosus praetextus: sed non semper commodus. Sallustius.

Exigua materia bellorum rectorū criminis. D. Agrippæ. Iosephus.

Stolidè aduersus inopes bellū muerit, quod belli certamen anceps, præmia victoriae nulla damna manifesta. Iustinus.

Cum detimento infertur ei bellum, qui ut inops iacturam nō timet. Guicciardinus.

Sæpe in bello paruis momentis magni casus intercedunt. Cæsar.

Sine contemptu alterius gerendū bellum. Scodr.

In

In bello nil tam leue est, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. Liuius.

Non possunt omnia, præfertim in bello prosperè euenire: verùm tristia lœtis compensanda. D. Cæfaris. Naucler.

Anceps conditio bellorum, & ex paruo siunt multa. Thucyd.

Qui sapiunt, bellum absoluunt celeriter, pace fruuntur quām possunt diutissimè. D. Mar. Anton. Appianus.

Omnis error per se grauis, in bello grauissimus censendus: cum is à mortalibus nulla ratione corrigi aut emendi possit. Iouius. Bizarus.

Perrarò bellum eo, quo prædicatur euasurum, euadit. multa ipsum per se præter ea quæ adsunt, comminiscitur. Thucyd.

Mars communis & incertus euenus bellii. Liuius. Procop.

A prudentibus celeriter bella conficienda sunt, ut diutius in pace viuantur. Appianus.

Bellorum egregij fines, quoties

ignoscendo transfigitur. Tacitus.

Qui frequenti successu bellorum vtitur,hic infida ferocia inflatus,quæ sunt cogitanda non cogitat.Thucyd.

Fama bella stant;qui recedit,fuge re creditur. D.Darij regis. Curtius.

Tempore magis bella geruntur, quām armis. Scodrensis.

Nihil in bello insperato opere potentius.D.Cæsar. Appianus.

Non hominum multitudine,neq; corporum proceritate: sed animorum virtute rem bellicam metiri, ac expendere fas est. Procopius. Haly carnass.

Plurimum in bello pollere vide tur militum copia, & virtus ingenua Imperatorum: fortuna verò per omnia humana,maximè in rebus belli cis potens. Liuius.

Belli momenta aut ducis virtute, aut fortunæ fœlicitate constant. Pro copius.

In consensu & obedientia tota vis Imperij consistit,in bello præsertim. Idem.

Bella

Bella plerunque sustentantur pecu niarum copia.Halycarn.

Quis superior bello decus & laudē reportat,& inde commodum capit, reportat etiam decus. Comminæus.

Bellorum variæ vices sunt, quia Deus punit scelera in vtraque parte: tandem verò grauioribus & vltimis pœnis opprimuntur ij, qui iniusta bel la mouerunt seu odio seu cupiditate maioris potentia. Ph.Mel.

Sæuius finiuntur , quām inchoantur bella.Aemyl.

Multa bella impetu valida,tædio & mora euancunt. Tacitus.

Ex belli fortuna hominum voluntates facile permutantur. louius.

BENEFICIVM.

Qui confert beneficium,debet illud æstimare minus quām est: qui recipit,maius. Plut.

Dandi & accipiendi beneficij com mercium perdit & tollit,quisquis bene merito parem referre gratiam neglit. Valer. Max.

Mouentur omnes ad beneficia cis

impendenda, apud quos senserint gratiam optimè locatam esse. Diodorus.

Arctius beneficio nobiles animi, quam metu continentur. Iouius.

Beneficium cùstatione perdit gratiam. D. Augusti. Appianus.

Magna pars hominum eos viros bonos statuit, qui bene sunt de ipsis promeriti. Xenophon.

Ita comparatum est, vt omnium beneficia magis dantium fortuna, quam animus commendet. Sabellus.

Qui gratis beneficium acceperunt, illi perlibenter benefactori seruiunt, partim quòd affecti beneficio sint, partim quòd esse digni crediti sint, qui gratiæ depositum custodiant. Xenophon.

In beneficiorū vicissitudine si magnam gratiam referat, qui parum debuerit: non tam facilitas remunerandi expenditur, quam in ipso gratiæ argumentum commendatur. D. Pertinacis. Herodianus.

Sic natura comparatum, vt non

tam acceptum beneficium delectet, quam iniuria offendat: nec sua cuiquam libertas, tam pulchra videtur, quam seruitus odiosa & detestabilis. D. Pertinacis. Sabellus.

Speciosius aliquanto iniurię beneficijs vincuntur, quam mutui odij per tinacia pensantur. Tacitus.

Tenax iniuriarum memoria, beneficia in ipso excidunt vsu. D. Pertinacis. Herodianus.

Ita vsu venit, vt qui maiora acceperint beneficia, citius obliuiscantur. Polidorus.

Beneficia eo vsque læta sunt, dum videntur exoluī posse, vbi multum anteuénere, pro gratia odium redditur. Tacitus.

BENIGNITAS.

Solet benignitas morum, & dexteritas in altioris dignitatis gradu facile omnium animos sibi reddere obnoxios, quemadmodum verno tempore splendidi flores prætereuntium oculos in se conuertunt. Nicephorus.

CALAMITAS.

Calamitas plerunq; illustris ad glo-

riam, voluptas nunquam. Polydorus.

Foris si qua accepta fuerit calamitas, emēdari potest: quæ domi accipiuntur clades, exitiales habentur. Aen. Syl.

Sic comparatum est, vt cū calamitosi hominis erratū reprehēditur, miseria illi potius videatur exprobrari, quam culpa. Plut.

CALLIDITAS.

Pietas facile decipitur, calliditas & inuidia circūscribi se non patitur. Sal.

CASTIGATIO.

Constantiores eos esse necessare est, qui castigatione affecti sunt, quā qui nihil pertulerunt. Appianus.

Celeritas.

Celeritas plurimi momenti ad res præclarè agendas habet, vt nihil magis ducem, quam celeritatem & indefessam curam in agendo & consultando se etari oporteat. Chalcondyles.

Paruq; copię celeritate & festinacione sæpe magnos exercit⁹ ob socordiā officijq; neglectū superarunt. Nicep.

Celeritatē præcipitibus rebus cūstationē immaturis, dubijs fortē animū adhibere oportet. Acmylius.

Promptitudo prima opinionē co-

rum quæ euētura sunt, celeritate p̄cipere. D. Cæsar. Appianus.

In opere faciendo promptitudo ac celeritas haud potest stabilem grauitatem & exquisitam pulchritudinem rebus adferre. Plut.

Duo præcipue cōtraria ad bene cōsulēdum, celeritas & ira. Thucydides.

CONSILIVM.

Multa quæ impedita natura sunt, cōsilio expediūtur. D. Annibal. Liuius.

Nihil tā difficile, quod nō hominis consilio expediri possit. Scodrensis.

Nō aliunde melius cōsilia petūtur, quæ in futurū prosint, quam ex præteritarum rerum exemplis. Halyc.

Rebus consultè actis fines laudabiliores succedere consuescūt: econtrà quæ improuide fiant, optatis successibus sæpe carent. Godolæneus.

Bonū vti cōsilio in reb. arduis, celeritate in vrgētib. mora in pericolosis, experientia & robore in dubijs. Girar.

Temeraria consilia ab initio lēta, tractu difficultia, cūntu plurimum funesta. Sabellicus.

Praua consilia duri rerum exitus

uestigio consequuntur. Iouius.

Simulatio magnis inimica consilijs. Iouius.

Non minus Imperatoris est consilio superare, quam gladio. Cæsar.

In rebus bellicis timidiora consilia, & cautiora probanda. Scodrensis.

In rebus asperis fortissima quæque consilia, tutissima sunt. Liuius.

In inchoandis rebus cōsilio & prudenter vti oportet, periclitantibus auctoritate, & quidem mirabili vtendum.

D. Scip. Afric. Appianus.

Blandum animum temeritati causus facit, vbi prauo consilio propitius aspirat, & quo vehementius noceat, insuperatus prodest. Valer. Max.

Pavidis consilia in incerto sunt. Tacitus.

Humana consilia castigantur, vbi cœlestibus se præferunt. Valer.

Libertas apud proteruos citò perrit, nisi resp. moderatis consilijs regatur. Iouius.

Potentia cautis, quam atrocioribus consilijs tutius habetur. Tacitus.

Cœpta

Cœpta sine certo consilio fortuna plerumque destituit. Iouius.

In consilijs infoelicitibus optima vindentur, vbi tempus effugit. Tacitus.

Distantibus terrarum spacijs consilia post res adferuntur. Idem.

Ea satis decora consilia, quæ dubiis rebus securitatem promittunt. Iouius.

Præcipitata raptim consilia neque reuocari, neque in integrum restitui possunt. Appianus.

Non minus ad præcipitia consilia deducitur timidus desperatione, quam temerarius inconsulta temeritate. Guicciardinus.

Periculoseum consilium, quod laudem & gloriam adfert, sequi præstat: quam tutum, quod ignominiam. Iouius.

Dijs atque hominibus iniisi præpediente scelerum conscientia, nec consilia in negotio, neque arma opportuna expedient. Idem.

Deceptis & circunuentis expedien-

30 SENTENTIAE

di consilij ratio omnis,& virtutis usus
excuditur. Idem.

Magno usui est celeriter explicare
& terminare consilia, quum necessitas
urget, & in medio discrimine salutis
ultima remedia deposita. Idem.

Fit plerunque militiae, ut duces va-
nissimo iudicij genere, deteriora quæ
sua sunt consilia, sequi malint, quām
probaret meliora: quod alienis inge-
nijs cedere turpissimum putet. Idem.

Multo facilius est contra differen-
tia alienis obtrectare consilijs, quām
veram in summa negotijs difficultate
salutis atque victoriæ rationem inue-
nire. Idem.

Quaecumque ferro geruntur, publi-
cis viribus: sed priuatis consilijs admi-
nistrari debent. Scodrensis.

Magnus vir ille est, qui res magnas
consilio potius, quām robore perfice-
re potest. Xenophon.

Quisquis bene consultat, is con-
tra hostes plus pollet, quām qui teme-
raria ferocitate ad facta prouimpit.
Thucyd.

Qui

HISTORICÆ.

32

Qui turpiter consultauit, si ei for-
tuna obsecundauerit; ille quidem vo-
ti compos, nihilo tamen minus male
consilium cepit. D. Artabani Persæ.
Herodotus.

Ferè euenire solet, ut in auctoris cap-
put mala consilia recidant. Sabelli-
cus.

In pari spe & æquali metu consilia
male explicantur. Iouius.

Vbi res in periculum vertitur, nihil
magis expedit, quām in promptu opti-
mum capere consilium. Procopius.

Rebus nouis talis debet esse con-
stantia, ut rapienda sint consilia, non
querenda. D. Vecti Sabini. Capitolin.

Extrema consilia dissidentibus in-
genijs semper officiunt, media in uni-
uersum iuuant. Iouius.

Plerumque homines ea consilia
quæ a lacritate summoque animi vi-
gore ante discriminem inierunt, ea de-
mum in præsenti periculo quum fa-
cto maximè opus est, timidissimè re-
formidant. Iouius.

Sagacia & prouida consilia inuti-

lia euadunt, dum peraguntur cum negligentia & imprudentia. Guicciardini.

Varij rerum euentus & cōsilia pro rerum incidentium nouitatibus immutanda. Oforius.

Rerum expers simulata hominum consilia patefacere solet. Iouius.

Optimi consiliarij est, in omni dubia consultatione, quæ dicuntur patiēter audire, quæque in rem dici possunt reticere. Sabellicus.

Humana consilia persæpe inania redduntut, nisi ea diuinitus regantur. Bizarus.

Consultoris nomen sanctum, ut eū magis fidem, quam prudentiam præstare colereque conueniat. D. Characutus. Aemilius.

C O N C O R D I A .

Sine concordia nec ciuitas rectè gubernari potest, nec domus rectè ad ministrari. Xenophon.

Concordia aureum ac adamantis num vinculum, discordia vastitatem, solitudinem, orbitatem agris, oppidis

dis, regnis adfert. D. Odonis regis. Aemilius.

Ariantes patriæ, & constitutæ libertatis studiosos, veroque bono trā quillæ pacis gaudentes, vna maximè concordia latari decet, obliuiscique omnis priuatae iniuriæ publicæque simultatis. Iouius.

Insuperabilem ciuitatem non armā, nō pecunia: sed vnuis publicus decoris consensus efficit. Idem.

Nulla præualida armis gens inter se consentiēs vinci ab externo hoste, quamuis feroci, opibusque præstanti potest. Aemilius.

Vnicum vičis in consensu leuamentum. Tacitus.

Opes, diuitiae, robur, rei militaris peritia sine concordia & benevolentia populorum obesse plerunque cōspiciuntur, prodest ferè nunquam: consensus vero, & beneficētia etiam sine diuitijs & opibus plurimum valent. Ang. Curio.

C O N I V R A T I O .

Coniurationes quia cum difficul-

C

34 SENTENTIAE

tate succedunt, pariunt sibi mouētibus, & nonnunquam eis, cōtra quos mouentur, fuiām. Machiau.

CONSTITIA.

Secūndis rebus fidelem se declarat, magnum quiddam videri non debet, sed demonstrare constantiam adfictis amicorū rebus, id sempiternā memoriam meretur. Xenophon.

CONVENTUO.

Optimam vitę rationem delige: eā tibi iucundam reddet consuetudo. Plutarchus.

Bonorū consuetudo virtutis est exercitatio, malorum autē eiusdem exitium. Xenoph.

Rectæ educationis & honestæ conscientiis aliquæ vires sunt. Zonaras.

CREDOVITIAS.

Vota hominum ad credulitatem festinant, cum quod optant, verum esse desiderant. Lampr.

Inanis credulitas tempore ipso vanescit. Tacitus.

Vt nihil nimia credulitate demetrius: ita nihil excogitari potest diffidencia miserabilis. Oforius.

Apud

HISTORICÆ.

35

Apud infirmum & credulum minore metu, & maiore præmio peccatur. Tacitus.

Cupidine humani ingenij libenter obscura creduntur. Idem.

CRIVELIAS.

Superi eos in terris diu fœlices esse volunt, qui ab immani credulitate omnem humanitatem exuerunt. Iouius.

CVLPA.

Culpa quam poena tempore prior emendari, quam peccare posterius est. Tacitus.

Ingenia humana sunt ad suam cuiusque leuādam culpam nimio plus feruida. Liuius.

Plura saepe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus. Tacitus.

CVNCATIO.

Omnis res properando parit errores, unde magna detimenta fieri adsolent: in cunctando autem bona insunt, si non talia, quæ statim videantur, certè quæ suo tempore bona quis esse comperiet. Herodotus.

C 2

Indomitæ vires, quæ vel graui im-
petu sine multo sanguine detrimen-
to que perrumpi nequeunt, plerum-
que moravili, & tuta cunctatione
diffringuntur. Iouius.

Cunctatio pro ipsis est, qui rebus
omnibus abundant. Plutarchus.

Cunctatione tunc non opus, vbi
perniciosior quies, quam temeritas.
Tacitus.

Nullus cunctationi locus est in eo
consilio, quod nō potest laudari nisi
peractum. Tacitus.

Cunctando augetur autoritas,
duplicantur vires. Pontanus.

CUPIDITAS.

Ei qui cupit esse diues, non cumula-
nda pecunia: sed minuenda cupiditas.
Plut.

In utiliter aliquid concupiscere, &
in eo perseveranter morari, exitio vi-
cina dulcedo est. Valer.

Consimili imperio nisi concordia
inest, maior aliena opera interpellan-
di, quam sua edendi cupiditas nasci-
tur. Valerius.

Omnia

Omnia habet, qui nihil concipi-
scit, eo quidem certius, quam qui
cuncta possidet. Idem.

Cupiditates externis quoque bel-
lis inexplebiles nulla vñquam ciuilis
victoria satiauit. Tacitus.

Cupiditas dominandi in summis
quibusque viris inexpabilis & irre-
quieta est. Arrian.

Humana cupiditas longè minus
in secundis rebus, quam in aduersis
nouit seruare modum. Sabellicus.

CURIOSITAS.

Multi magno studio excitati ad
considerandum aliena negotia non
eo se conuertūt, vt sc ipsos explorent.
Xenophon.

Qui multas res meditatur, nullam
concludit. Machiauillus.

DECUS.

Paucis publicum decus curæ, plu-
res tutæ differunt. Tacitus.

Melioribus ac prudentioribus pa-
rere sine illa turpitudinis nota saluta-
re ac decorum. Plut.

Non sapienti viro decorum, vnde
amico infamiam paret, inde gloriam

C 3

fibi recipere. Tacitus.

Infanorum est magis decori, quām saluti consulere. Optandum quidem vtrumque, si possint simul contingere: quod si alterutro carendum sit, honestati p̄ferendam incolumentatem vt magis necessariam. Halycarn.

Sæpè honestas rerum causas in iudicium adhibeas, perniciosi exitus consequuntur. Tacitus.

D E D E C V S.

Indecorum attrectare, quod non obtinetur. Tacit.

Infamiae apud prodigos nouissima voluptas. Idem.

Intuta, quæ indecora. Idem.

Sæpè qui verecundius deliq uerūt, cœfati insolentiores fiunt. Egesip.

D E L I C T V M.

Est innocentium iustificatio propria, delinquentium deprecatio censenda. Appianus.

D E F E C T I O.

Qui semel defecrē, maiora etiam sclera meditantur. Iouius.

Qui semel subiectus est, & deinceps deficit, contumax magis seruus, quām

amator libertatis ostēditur. D. Agrip-pæ. Josephus.

D E V S.

Quæ Dei voluntate suscipiuntur, ea par est rectius & fœlicius cedere. Xenophon.

Quæ Deo decreta sunt, nullatenus prohiberi possunt. Agathias.

Quicquid ex Deo fieri oportet, id homini ineuitabile. Nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisquam vult. Herodotus.

Necessaria, nec prorsus voluntaria eligentes pericula, Deus semper adiuuat. Procopius.

Omne corporis robur, armorumque apparatus, Deo non adiuuante, ab agmine formicarum nihil differt. Nicephorus.

Deo sæpè volupe est, eos qui parui sunt, magnos: qui magni, paruos facere. D. Iasonis Thessali. Xenoph.

Deus neminem alium, quām seipsum sinit magnificè de se sentire: gaudet eminentissima quæque deprime-re. D. Artabani. Herodotus.

Solet numen plerunque fastuosos
deprimere, & ad humilem fortunam
deiicere. D. Tamerlanis. Chalcondyles.

Cum Deus male quid euenire ho-
mini statuit, consilium & mentem
in primis aufert, & quæ utilia sunt in
deliberando non monstrat. Aga-
thias,

Solet numen sedulò id procurare,
ut quod quis intercedente iuramen-
to pactus fuerit præster: sin preuarica-
tus fuerit, præuaricantem illico com-
minquit. Chalcondyles.

A Diis non nisi iuste preces suppli-
cum audiuntur, neque quisquam in
Capitolium aliave vrbis templo per-
fugit, ut eo subsidio ad flagitia vtar-
tur. Tacit.

Est extremæ insaniae eos vel laces-
sere vel obiurgare, qui ad Deum con-
fugiunt, eoque intercessore & defen-
sore persequutionum remediū quæ-
runt. Nicetas.

Nūquam cuiquam turpe fuit Dei
opcm implorare. Vopiscus.

Arca-

Arcanum regis celare, bonum: Dei
autem opera sunt celebranda & ex-
tollenda. Zonaras.

DISCIPULINA.

Disciplina quædam obediēdi exer-
citatio est. Plut.

Omnis disciplinæ ratio exercita-
tione augetur, ocio debilitatur. Pro-
copius.

Facilè ingenia adolescentum à re-
cta honestaque disciplina ad luxum
voluptatesq; delabuntur. D. Mar. An-
tonini. Herodianus.

DISCOURSIA.

Quos necessarios fratres parentes
natura genuit, hostes & alienos di-
scordia efficit: vbi & vincere luctuo-
sum, & cadere sceleratum. Aen. Sylvius.

DIVES.

Diuitiae esse, non est diuitias con-
temnere, nec immodicas opes possi-
dere: sed non egere superuacaneis.
Plutarch.

Iniquum quod paupertate partū
est, id per diuitias perdere. Thucy-
dides.

C 5

Diuitiarum fama omnibus inuidiosa. Aemyl.

Ita fert ingenium mortalia, ut pro opibus quisque spiritus gerat, animoique. Aemyl.

Nulla homini, ac præsertim ei qui cum imperio est, possessio pulchrior vel splendidior virtute, iustitia, generositate. Cui haec adiunt, non potest non diues esse, quum multos amicos habeat, atque etiam alij ad ipsius amicitiam adiungi cupiant. Xenophon.

D O L O R.

Mœsta vbi semel prorupere, difficilius reticentur. Tacit.

D O M I N A T I O.

Prima dominandi spes in arduo: vbi ingressus fueris, adiunt studia & ministri. Tacit.

D V X.

Militaris turba sine duce, corpus sine spiritu. Curtius.

Multa magnis ducibus sicuti non temerè aggredienda, ita semel aggressis non dimittenda. D. Marcelli. Linius.

Dux

Dux optimus putandus, qui ex bello pacem disponere sit aptus. Procopius.

Proprium optimi ducis officium, consilia & naturam hostium intelligere. Polybius.

Boni ducis officium, suorum salutem in vigilantia sua, non in aliena fide sitam arbitrari. Oforius.

Fortissimi duces ultimi in consulendo bello, primi in exequendo. Girardus.

Ducum negligentia res in discrimen adduci solent, adhibita diligentia sanari. Arrianus.

Nec bello, nec pace clari duces intelliguntur, quibus omnia prosperè cadunt: sed quibus contingit per labores, per ærumnas, per incommoda splendescere. Sallustius.

Ducum omnium maximè peculiariis morbus studium contradicendi. Iouius.

Clarissimus dux inter omnes sine aliquo vitio non inuenitur, quod cipius nocet, quam omnia ciuius natu-

rae vel fortunae dona iuuare possint.
Girardus.

EXCVBIAE.

Nulla tam gloriofa præda, atque excubiarum & vigiliarum, si deprehensæ teneantur. Xenophon.

EXEMPLVM.

Diutius durat exempla, quam mores. Tacitus.

Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica repeditur.
Idem.

EXERCITVS.

Non est quicquam in exercitu peius contumacia. D. Pisonis. Appianus.

Sæpè bonis exercitibus præliares lapsus futuræ virtutis causas dedere. Egesippus.

Fortissimus in ipso discrimine exercitus est, qui ante discrimen quietissimus. Tacitus.

Exercitus labore proficit, ocio consescit. Veget.

EXITVS.

Omnis rei oportet inspicere exitum,

tum, quò sit euasura: quoniam Deus multos, quibus fortunas suppeditauerat, radicitus euerdit. D. Solonis. Herodotus.

EXVL.

Exules dubijs asperisque rebus etiam in rebus cuncta facilia atque expedita ad victoriam polliceri solent. Iouius.

FAMA.

Contemptu famæ contemnuntur virtutes. Tacit.

Insatiabilis cupidio famæ nihil inuium, nihil remotum sinit. Curtius.

Breuissima fama, quæ humanæ vitæ spacio terminatur. Aen. Sylu.

Quisquis intelligit habere se vitæ famæque æmulum, attentus sibi cauet, facta sua circunspicit, vitam omnem componit. Plut.

Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiae non sua vi nixa. Tacit.

Nemo est principum, quem non grauis fama perstringat. Capitol.

Atrocior semper fama erga dominantium exitus. Tacit.

Cuncta fermè noua varia fama feruntur. Idem.

Credula fama inter gaudentes & incuriosos. Idem.

Difficulter res magnæ silētur. Aen. Syluius.

FATVM.

Sortem fato destinatam defugere impossibile. Herodotus.

Quæ fato manent, quamvis significata non vitantur. Tacitus.

Fatalem sortem siue bonam siue malam neque hominis, neque urbis fas est permutare. quædam enim urbium, quemadmodum & hominum fors est. Appianus.

Nihil arduum fatis. Tacitus.

Incluſabilis fatorum vis cum aliqui mutare fortunam constituit, consilia corrumpit. Velleius Paterculus.

Non in hominis natura auertere, quod euenturum est. D. Cambysis. Herodotus.

Fata omni humana ratione vehementius impellunt. Iouius.

Nihil

Nihil difficilior vitari potest, quam fatum: & nullū valet remedium aduersus imminentia & impendentia mala. Guicciardinus.

Plus fatum, quam mortale ingenium, humanaque sapientia potest polletque. D. Characucis. Acmyl.

Non potest præstare homo, vt alterum fato impudenti eripiat. D. Amasis. Herodotus.

Cum ad fatum tendimus, nihil amplius consequuntur serius profecti, quam qui ocyus accesserunt. Plut.

Longè præstat quietum obsequi fato, quam illi frustra nitendo veluti materiam præbere. Gregor.

Cum impudent fatales poenæ, homines à Deo abiecti singularibus furoribus attrahunt exitia. Melan.

Plerunque homines singular ipectuantia fatales poenas attrahunt. Melanchton.

FACETIAE.

Facetiæ, vbi multum ex vero traxerat, acrem sui memoriam relinquunt. Tacitus.

FLAGITIVI.

Nemo imperium flagitio quæsum
tum bonis artibus exercuit. D. Piso-
nis. Tacitus.

FIDUCIA.

Fiducia negligentiam, ignominiam,
inobedientiam in hominum animis
excitat: metus autem efficit attentio-
res, magisque parendi studiosos. Xe-
nophon.

Cum ultimi discriminis tempus
aduentat, in sollicitudinem vertitur
fiducia. Curtius.

Ferae quæ difficile tractantur, pauci-
dæ sunt, & strepitu ipso terrentur: ge-
nerosæ vero ob fiduciam magis se
credunt, nec blanditiæ fugiunt. Plut.

FOEDUS.

Temerarioribus foederum nulla fi-
des reliqua apud amicos & inimicos
pariter. Appianus.

Nulla foederis violatio immanior
habenda ea, quæ delinquentes infidos
ad omnia reddit amicis inimicisque.
Idem.

Foedera paribus cōmodis, ex equa-
tis que sumptibus & mutuis pericu-
lis

HISTORICÆ.

lis confirmantur. Iouius.

Nihil est in legibus foederum fir-
mi præsidij, ubi vis & armâ valere coe-
perunt. Idem.

Rumpunt foedera, non qui resi-
stunt intendentibus, sed qui priores
inuadunt. Thucyd.

Foedera soluunt, non qui iniuriam
patientes à proximis desciscunt: sed
qui foederatos habent aliquos postu-
lant, deinde violent. Agathias.

Non qui destituti ad alios se con-
ferrunt, foedifragi sunt: sed qui coniu-
ratis suis auxilia denegant. Thucyd.

Soluunt pacem, non qui bellum
primi mouent: sed qui per insidias
foederum tempore arma capiunt.

Procop.

Nulla inter mortales maior neces-
titas, quam fidei seruandæ, quam subla-
ta neque imperia possunt, incq; aliud
quicquam permanere. Scodrensis.

FOELICITAS.

Calamitas querula est, & superba
foelicitas. Curt.

Nihil tam superbum, nihil tam inge-

D

tractabile ac morosum, quām homo,
quem fœlicitatis opinio corripuerit.
Plutar.

Fœlicitatis & moderationis diui-
dūm contubernium. Valer.

Nullus est, qui vsquequaque fœli-
citate fruatur. Plut.

Rara temporum fœlicitas vbi sen-
tire, quæ velis: & quæ sent as, diceret li-
cet. Tacitus.

Iustitia & charitas vbi cunque in-
ter mortales fouentur, fœlicem pro-
culdubio remp. reddunt. Agathias.

Læta & prospera negotia vtpote
cum diuina suffragatione fouentur,
humana ope minus indigent. Valer.

Nulla vnquam tam solida fœli-
tas, quam non aliquis fortunæ casu
violauerit. Sabel. Bizarus.

Institum mortalibus natura recen-
tem aliorum fœlicitatem ægris ocul-
is introspicere. Tacitus.

Rebus secundis etiam egregij du-
ces insolescunt. Egesipp.

Secundæ res acrioribus stimulis
animum explorant: quia miseriæ to-
lerantur,

lerantur, fœlicitate corrumpimur.
Tacitus.

Fœlicitatis cultus maiore ex par-
te adulationi, quām charitati eroga-
tus, suspectus perinde, ac si plus petat,
quām impendat. Valerius.

Auersæ res se domant, & docent
quid opus sit factō: secundæ res læti-
tia trāsuersum trudere solent à rectè
consulēdo atque intelligendo. D. Ca-
tonis. Sallust.

Secundæ res fœlicem, magnum fa-
ciunt aduersæ. Sallust.

Supra mortalem fœlicitatem eun-
dem & valentissimum & sapientissi-
mum esse. Valerius.

FORITUDO.

Qui in aduersum aliquem casum
inciderunt, si id forti ac magno ani-
mo tolerent, plerunque fortunam
suam in melius vertunt. Polybius.

Forti animo, & honesta petenti au-
dentique, neque dij neque homines
desunt. Iouius.

Facere fortia, aut pati, virorum for-
tium est, quos nihil formidare oportet.

tet:nisi quod turpe est, & ignominio sum. Sabellicus.

Decet viros fortes atque moderatos optima quidem optare: sed ferre quæcunque incident. D. Alexandri Seuer. Herod. Sabel.

Nihil tam decet virum fortem, quam pro gloria dimicare, quæ eo plenior venit, quo maius certatibus proponitur periculum. D. Titi. Sabel.

Viri fortes emori potius liberi, quam serui cum ignominia viuere didicerunt. Iouius.

Res secundas aut aduersas immoderatè ferre, non fortium virorum est: sed hoc diffidentis, illud humanas vires obliuiscens. D. Totilæ. Sabellicus.

Probabilior fortitudo, quo minus cum stoliditate consentit: illa comprehensionem meretur, cui vires temeritas administrat. Procopius.

Tenacius iniuriarum vel beneficiorum imagines fortium, quam mollium animis inherere consueverunt. Idem.

Non

Non viri fortes dicendi, qui dolore fathiscunt, & famis metu fräguntur. Iou. Honigerus.

Viro forti omne tempus anni ad res gerendas idoneum est. Aemyl.

FORTVNA.

Nulla sapiëtia vel virtute, quæ per mortales geruntur, administrari putandum est: sed esse démonem nescio quem, aut fortunam humanam frequentem animos, ut eo tandem, & temere nescio quo pacto traducantur, vbi nulla sit rebus gerendis interpellatio. Procopius.

Fortunæ potentiae nullis humanis rationibus resistere licet, ne sapientissimis quidem. Vnde persuasum habemus, eam omnes actiones humanas præsanxisse, vt necessariò consequantur: eamque vim fatum vocamus, quod nihil sit, quod illa non efficiat. Josephus.

Fortunæ nullus mortalium impetrare potest. Aemyl.

Fortunam mutaturus Deus consilia corrumpit, efficitque, vt quod ac-

D 3

cidit, etiam meritò accidisse videatur, & casus in culpam transeat. Paterculus.

Rarò simul hominibus bona fortuna, & bona mens à diis dantur. D. Asdrubalis. Liuius.

Plerunque accedit, vt ibi virtus superest, fortuna deficiat. Iouius.

Id in summa fortuna æquius, quod validius. Tacit.

Quæ casus obtulit, in sapientiam vertendum. Idem.

Leui momento salus pestisq; summorum sèpe hominū pendet. Aemy.

Rerum calamitates non minus inscitè procedunt, quam hominum cogitationes: ideoque quoties aliquid inopinatum accidit, cōsueuimus fortunam incusare. Thucyd.

Vt vrbium & imperiorum: ita gentium fortuna nunc floret, nuncque senescit & interit. Paterculus.

Nihil tam gratum fortunæ, quam vt ea quæ sunt in publicis actibus eventuū varietate mutentur. Vopiscus.

Fortuna vrasque vires suas in longioris

gioris vitæ regib: ostendere mortali- bus præclarū dicit: & qui duces nullam nisi secundam in summis conati- bus semper experti dicuntur, iuuenes ferè fato functi sunt. Aemy.

Qui totus ex fortuna penderet, nec satietatem sentir vlam, nec integrā felicitatem. Sabellicus.

Homines ex euentu fortunæ, quæ prius consulta sunt iudicant. Procop.

Fortuna tum omnia sibi vendicat, cum prudentiè locus nullus est inter maximas opes, potentiamq; relictus. Iouianus Pontanus.

In magnis cladibus præcipua for- tunæ iniuria, cum duces ipsos è me- dio tollit. Pausanias.

Tentare fortunam cius est, cuius res angustæ cum sint, spes etiam longè angustior in dies futura videbitur. Pontanus.

Tentare fortunam, vbi consilio lo- cus, temerarium. Idem.

Fortuna ipsa desperatis rebus ad optimæ quæque, & maxima audacia dum compellit. Procopius.

Eximia gloria sepius fortunę, quam virtutis beneficium. Curtius.

Fortuna quum semel arriserit, audentes secundo passu subsequitur. Iouius.

Fortuna in rebus sc̄e offertenib⁹ neglecta, non æque postea redire solet. Procopius.

Tenax fortunæ, ubi sœuire cœpit, tenor. Sabel.

Breves & mutabiles vices rerum sunt, & fortuna nūquām simpliciter indulget. D. Darij. Curtius.

Fortuna sanis plerunque consilijs infesta, que optima ratione prouisa sunt, præuertit. Iouius.

Fortuna aduersa nullo modo corrigi potest, malis autem ex culpa pruenientibus voluntas facile medetur. Procopius.

Cum primas spes fortuna destituit, futura præsentibus videntur potentiora. Curtius.

Fortuna immoda aut vehementissime fauet, aut persequitur. Polydorus.

Rarò

Rarò simul hominibus bona fortuna, & bona mens à diis dantur. D. Asdrubalis. Liuitus.

Fortuna plerunque eos quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorē casum referuat. Cæsar.

Fortuna auct̄ e fœlicitati, & crescentibus honoribus semper infesta. Iouius.

Neque consilio neque ratione fortuna semel inclinata fisti potest. Sabellicus.

Nemini mortalium dij dederunt certam futurorum sciētiam, nec post homines natos quisquam extitit, cui omnia cesserunt prosperè, nusquam aduersante fortuna. Polybius.

F R A U S .

Fraus cum in omnibus foeda, tum verò in ijs. qui majori dignitate sunt prædicti, fœdior est, quam aperta violentia. Thucydides.

Violentia iure potentię, quam fortuna ipsi largitur vtitur: fraus autem insidijs iniusti propositi graſſatur, Idem.

D 5

Dolo ac fraudi apud ignorantes locus est: scientibus vero dolum intendere, non aliud est, quam risum movere. Naclerus.

F V G A.

Resistendo & pugnando pauci viri cadunt: inclinata vero semel acie, versaque in fugam, paucissimi evadunt. Polybius.

Qui fugit, iacturam magnam facit: non solum enim inuenit persequentes, sed ex amicis inimicos & hostes habet. Comminæus.

F V R O R.

Animi furor mentes hominum in prælijs stimulate ac rapere consuevit. Arrianus.

Homines illicita magis poscunt, prohibitaque furore persequuntur. Lamprid.

Manifesti furoris ea vtrò suscipere, quæ nullo modo sustineri queant. Nicephorus.

In poenis furor est summa, & calamitates auget. Melanthon.

Homines multa futura sibi ipsis incommoda inferunt ob futurorum ignor-

ignorationem. Agathias.

Solent mortales dum rerum praesentium admiratione capiuntur, futura quedam prognosticari: & dum molestijs opprimuntur, temere contemplando futura praedicare. Procopius.

G L O R I A.

Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Iouius.

Gloria in primis virtutis comes: etenim viris fortibus omnes opitaliæ volunt. Xenophon.

Gloria sequentes fugit, fugientes sequitur. Plut.

Sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur. Tacit.

Nemo tam sanctus, qui dulcedine gloriæ non capiatur. Aen. Sylu.

Nec ignis cōcipit fumum, nec gloria gignit inuidiā, si repente vtrūque, atque celeriter emicuerit. Plut.

Quisquis ob maximas res inuidiam suscipit, rectè is sibi consulit: nam odium non diu durat, verum splendor in præsens, & perpetua in

posterum gloria celebranda relinquuntur. D. Periclis. Thucyd.

Decorus & honestus vitæ finis cū dignitate & gloria præstantior, quām salus cum ignominia. Iouius.

Citò gloria obsolescit in sordidis hostiibus. D. Crateri. Curtius.

Gloriam & ignominiam rerum ipsarum exitus nuncupare solet. Procopius.

Quicquid scelere partum est, gloria vacuum cēsetur, tenuisque & occiduos fructus habet. Procop.

Ita ferè humani ingenij libidine comparatum est, vt inter se vicini gloria & inuidentia certent. Nauclerus.

GRATIA.

Minus turpe est similem gratiam non reddere, quām eam quę cum iustitia debetur, per injustitiam reddere. Thucyd.

Acerbius exigi non debent, quę sponte offeruntur, alioqui gratiæ & officij nomen exunt. Bapt. Egnat.

Gratia apud summos principes in lubrico

lubrico posita. Iouius.

HONESTVM.

Honestum est, & æquum & piūm, & longè iucundius benefactorū minimis, quām iniuriarum. Xenophon.

Omnia honesta & utilia videntur tantisper, dum usus eorum rectus est, quo per eos qui illis præfunt depravato, eadem turpia habentur, & iniuria. Halycarn.

Generoso homini cum honestate vincere optandum: cum turpitudine verò nec salus querenda. Plut.

HONOR.

Qui honorem adpetunt, laborem omninem subeunt, omne periculum sustinent. Xenoph.

Verus honor consistit in benevolentia & amore eorum, qui memoria recolunt benefacta accepta. Plut.

Quibus honoris ac latidis innata cupiditas est, plurimum à pecudum natura differunt: ac viri planè, non homines tantum existimantur. Plutarchus.

Nimius honor inter prosperare

bus aduersis in solatium cadit. Tacitus.

HOSTIS.

Omnis qui conantur patrias consuetudines mouere, & ornatum veterem administrandi corrumpere, alieni sunt & hostes. Polybius.

Querela est amicorum de amicis officio non fungentibus: accusatio de hostibus, qui iniuria affecerunt. Thucydides.

Qui dum hostis est, vehementer nocuit: si amicus fit, satis est profuturus. Idem.

Qui quæ hostibus placent, promptius exequitur, iure pro hoste habendus. Procopius.

Quisquis gratificando hostibus minimè sibi committenda committit, is sanè tutissimè degit. Thucyd.

Benignitate atque clementia hostem vincere, quam armis prestat: hic magnam laudis partem commilitones sibi vendicat, illic omnis victoria tribuitur duci. Polyb.

Commodius atque facilius auro
arcess.

arcetur hostes, quam ferro, ac viribus in ipso discrimine sustinentur. Iouius.

Præstantius hostibus dicendi liberate in admere, quam amicis. Plut.

Hostes semper timendi, nunquam contemnendus aduersarius. Scodr.

Recedere ab hostibus, honestū videri non potest: at eosdem insequi, ignorantibus etiam animos addit. Xenop.

De præda hostis, non de lachrymis provincialium miles habeat. D. Aureliani. Vopiscus.

Hostile odium iure naturæ omni vacat criminè. Nicetas.

Nihil homini suauius, quam ut hostes sibi dent terga. Procopius.

Iniquum est iniuria ac dolo hostes vincere. Plut.

Ad interencionem usque pugnare cum hostibus, bonum virum non decet: sed quoad corū qui deliquerunt, malefacta purgata sint atque corcta. Polybius.

Solent qui suos infestos experuntur, hostium amicitiam expetere, eosque pro amicis colere. Nicetas.

Rarò quisquam de hoste bene sentit. Nauclerus.

H V M A N A.

Nihil rerum humianarum firmum ac certum est: sed omnia incerto eue tu velut in mari æstuant & afflantur. Nicephorus.

Nihil humanis viribus cōficiunt, quod non ab humanis æquè viribus destrui possit. Polydorus.

Res humianæ non tam facile cre scunt, quam à statu suo discedunt. Idem.

Sic se res habent humanae, vt nulla in eis sit diurna fœlicitas. Sabellicus.

Nihil in humaniis rebus tam ar diuum, nihil nostra op̄e tam munitū, quod sibi diu incolume mansurum affirmare possit aliquis. Sabellicus.

Humane res ita se habent, vt publica pietas nulla ferme sit, quæ ambitione careat. Idem.

Res humanae ita se habent, vt nihil æquè ac fœlicitas odium pariat. Idem.

IGNAVIA.

Si author malorum es, iniustus vi deris: si non vleisceris acceptas iniurias, ignavius. Herodianus.

Timidus & ignavius est, qui cum non oportet, mori desiderat: & refugit, cum est opportūnum. Marcel.

Turpissimum, res virtute fortius dñeque, partas amittere per stultitiam & formidinem. Polybius.

Præclarè opus facere, & negligenter facere, tatum inter se discriminis habent: quantum inter se differunt, prorsus opus facere, & prorsus otiosum esse. Xenophon.

Plerunque fit, vt ex dolore ignor miniè vel ignavi milites ad virtutem accendantur. Iouius.

Vt quisque ignavius animo, procax ore. Tacitus.

Ignauissimus quisque, & in periculo non ausurus nimius verbis, linguae ferocis. Tacitus.

IMPIETAS ET IMPROBITAS.

Facinoris impietas euidentis est, cūcūtus incertus. Zonaras.

Iniustitia & impietas erga Deum, vt fugienda maximè sunt: ita prodefse nil poterunt, & in ipso præsertim bello. Agathias.

Ita ferè accidere solet, vt cum nequissimus quisque vult obesse, nihil minus in inferenda iniuria respiciat quam causam. Sabellicus.

Solius immanitatis barbaricæ gratis nocere. Egesip.

Timida res est improbitas, ac suopte testimonio cōuincitur, & argente conscientia nihil boni expectat. Nicetas.

Facilior est inter malos consensus ad bellum, quam in pace ad concordiam. Tacitus.

Ille operam ludit, & vitam suā magno obligat scelere, qui homini improbo auxilio est: quia ab eo pro beneficio plurimum maleficium recipit, & à Dco meritam ad ultimum pœnam semper habet. Polydorus.

Improbior fit, qui impunè peccat, nemo malus statuit sibi peccandi modum. Sabellicus.

Impu-

IMPUTATAS.

Impunitate & mora inualescunt malorum vires. Iouius.

Pessimus quisque dissidentia præsentium mutationem paucis, aduersus publicum odium priuatam gratiam præparat, nulla innocentiae cura, sed viræ impunitate. Tacitus.

Si prohibita impunè transcendis, neque metus vlt̄ra, neque pudor est. Tacitus.

Vbi semel à recto deerratum in præceps peruenitur, nec quisquam putat turpe, quod alijs fuit fructuolum. Paterculus.

Malis ignoscere, idem quod bonos perdere. Vbi enim bene & male facta contemptis, segnior fit bonus ad virtutem, malusque improbior. Sabellicus.

INDIGNITAS.

Ij à quibus indignitas venit, digni sunt quorum calamitatibus gaudemus. Thucyd.

Quisquis à quo non oportuit læsus est, acerbior est si euasit, quam iu-

E 2

stum in hostem. Idem.

I N D U S T R I A.

Quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile est: ad cumulum laudis industria perducitur. Valetius.

Languescet industria, intendetur socordia, si nullus ex se metus aut spes, & securi omnes aliena subsidia expectabunt. D. Tiberij. Tacitus.

I N E X P E C T A T U M.

Rapiunt consilium repentina & inexpectata, & longè præter opinionem incidentia. D. Periclis. Thucydid.

Homines rebus inexpectatis si bona & iucundæ fuerint, vehementius delectantur: si male & incommodæ, multo magis perterrentur. Xenophon.

Etiam fortes viri subitis torrentur. Tacitus.

Quos mala præter expectationem opprimunt, nullius peccati sibi conscientis: hi non mirum si obstupescunt, & extra sece quodammodo rapiuntur.

tur. Nicephorus.

I N G E N I V M.

Præclara ingenia quemadmodum virtutes maximas: codem pacto virtutem quoque maxima producere solent. Plutar.

Vegeta & strenua ingenia quo plus recessus sumunt: hoc vehementiores impetus ædunt. Valerius.

Sic natura comparatum est, ut modestissima ingenia exasperentur irritata cötumelijs: sed eadem facile mitigescant officijs. Halycarn.

Multi eo ingenio & ea natura sunt, vt iniuria lacefitti molestius verba, quam facta ferant. Plut.

Mansuetis ingenij reprobationes plus ferè voluptatis adferunt, quam doloris, eorumque memoria scintillas honestatis in animis velut ignem sub cineribus delitescētem ad caueda in posterum similia delicta excitat. Nicetas.

Praua foedaque ingenia obsurde- scunt salubribus consilij. Sabellicus.

Humanum ingenium vtranq; in partem immodicum siue persequi, siue obsequi malit. Aen. Sylvius.

Solet humanum ingenium humanae obliuisci, nisi incerta fortunae momenta singulari prudentia mode retur. Niceph.

Id mortalium est ingenium, ut exiguum doloris leuamen in lucro deputemus. Nicetas.

Quod in pomis est, itidem in ingenijs. Quæ dura & acerba nascuntur, post sunt mitia & iucunda: sed quæ dignuntur dulcia & mollia, mox putria fiunt. Gellius.

Augescente corpore ingeniū pariter augescit, & consensercente cōfene scit: & ad res omnes elāgescit. Hero.

Ingenium plus quam vires corporis administrando bello potest. Pontanus.

Praeuum ingenium aliena patientia non vtitur, sed abutitur: nec obsequio vlo, aut gratia mouetur, sed seueritate potius, & suppicio. Sabellicus.

Ela

Ela generosaque ingenia certam fidem præstant, nec ab equitate discedunt: at si contempseris, facile coniurant. Iouius.

INIURIA.

Beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remunerari, quam facta sint: iniurias autem imminentes præcauisse, iustum est magis quam expectauisse. Gellius.

Qui iniuriam accipit, illam haud dubie aliquanto leuius perfert: si eum qui intulit, & fateri se delinquisse, & iniuriæ poenitere animaduertat. Arrianus.

Homines natura sunt promptiores ad vindicandam iniuriam, quam ad rependendum beneficium. Machiaelius.

Natura ita cōparatum est, ut iniuria pressi male velint opprimentibus. Polybius.

Speciosius aliquanto iniuriæ beneficijs vincuntur, quam mutui odij pertinacia pensantur. Valerius.

E 4

Qui suis exuitur bonis, nunquam iniuriarum obliuiscitur. D. Pertinacis. Herodianus.

Qui propulsat iniuriam, confidenter ex conscientia sit, atque ex iustitia spem bonam mutuatur. D. Alexander Seueri. Herodianus.

Infoelixes misericordia, potentes inuidia semper sequitur. Polydorus.

Qui lacepsit ipse sibi iniurius videatur: contraria lacepsitus melius sperat, fiduciamque ex aequitate causæ concipit, Sabellicus.

Ij homines indignari potius solent, quibus iniuria infertur, quam quibus vis. nam fraudare alium, significat illic esse iuris aequabilitatem: cogere verò illuc esse superiorem. Thucydides.

Qui detrahit alteri iniurius est, quod non presentem accusat: qui illi credit, iniurius, quod plus credit, quam rem compertam habeat. Herodotus.

Proclivius est iniuriæ, quam beneficio fidem exoluere: quia gratia one-

ti,

ri, vltio in quæstū habetur. Tacitus.

Fieri non potest, vt qui iniuriam fecerit, vel vim intulerit, in certaminibus ipsis probè se gerat. Procopius.

Magnarum iniuriarum magna à dijs sunt vltiones. Herodotus.

In humanis ita comparatum est, vt illatam iniuriam facile obliuiscamur, recordemur acceptam. Sabellicus.

Maior solet esse iniuriam arcentis virtus, quam inferentis. Scodrensis.

Eiusdem criminis reus existimatur, qui vim cuiquā infert, & qui res proximo non volens restituit. Procopius.

IN OPIA.

Clausis annona subsidijs, inopia ac discordia hosti conciliantur. Tacitus.

Corruptus in spē rapinarum egenissimus quisque. Idem.

IN SCITIA.

Periculosum ea dicere vel agere aliquem, quæ ignorat. Xenophon.

E 5

Qui nouit, neque id quod sentit, neque explicat, perinde est, ac si nesciat. D. Periclis. Thucyd.

INSIDIÆ.

Insidiatorum animus, vbi fallere se cognoscit, ferox est: vbi deprehensum se intelligit, timidus & imbellis. Aemylius.

INTEGRITAS.

Tanta integratatis reverentia, vt facile nos illorum admonitionem, obiurgationem, reprehensionem patiamur eorum, quos certò scimus non esse improbos. Polydorus.

Iniustam necem non nobilitas, sed innocentia facit. Egesippus.

INVIDIÆ.

Cæca inuidia est, nec quicquam aliud scit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores, præmia earum. D. Manlij. Liuius.

Inuidia crescentis dignitatis semper comes. Iouius.

Commune aularum vitium inuidia. Aemyl.

Nulla tam modesta felicitas, quam malignitatis dëtes vitare possit. Vale.

Inuidi

Inuidi homines nihil aliud acquirent, quam ipsorum tormenta. D. Alexander. Curtius.

Tam cæca est inuidia, & eo modo adimit sensum hominibus, vt seipso in ruinam præcipites dedant, vt quos oderunt, vlciscantur. Girardus.

Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur, quippe adulationi foedum crimen seruitutis, malignitati falsa species libertatis ineſt. Tacitus.

Intacta inuidiae media sunt, ad summa semper tendit. Liuius.

Fieri non potest, vt liuorem ac inuidiam quisquam in secundis rebus effugiat. Iosephus.

Rarò inuidetur eorum honoribus, quorum vis non timetur. Paterculus.

Vt in humidioribus lignis vermes naſcuntur: ita in splendidis ingenij simulationis & inuidiæ stimuli existunt. Nicephorus.

Nulla ingenia tam prona ad inuidiam sunt, quam corum qui genus & for-

& fortunam suam animis non equat: quia virtutem & bonum alienum oderunt. Liuius.

Nihil adeo inuidiae faces, quam pariu[m] impar virtus excitat. Saxo grammaticus.

Atrox inuidia immodice potentie saeuia comes. Iouius.

IRACUNDIA.

Omnes qui ante oculos suos subito insolitum quippiam patiuntur, ira cūdia subit: & qui ratione minimum vntuntur, iij plerunque ad agendum furore profiliunt. Thucyd.

Nullus est morbus animi, qui magis habeatur odio, quam ira, vel contemnatur magis. nam multa sunt horrenda, quæ designat, multa rursus ridicula. Plut.

In ira nihil decentius, quam quum adest, silentium. Idem.

IVSTITIA.

Illud viuendi genus, quod maximis copijs, opibus, principatibus nititur, si cum iustitiæ dignitate coniungitur, diuinum fit: sin disiungitur, à fera & agresti vita nihil distat. Plut.

Ea

Ea vis diuinæ iustitiæ est, vt quis minus cernat, minus prouideat, minus caueat, cum vicinus est ad malorum facinorum poenas reddendas. Polydorus.

Frustra requiritur fortitudo, ybi iustitia defuerit. Procop.

Pecunia per vim & fraudem quaesita, iusto Dei iudicio procurante, etiam bene partam vna corrumpit & absunit. Nicetas.

Quicquid iuste geritur, felices sollet fortiri euentus. Scodrensis.

Studia hominum liberalitate atq; iustitia facilè comparantur. Iouius.

IVSTITIA.

Est difficile sic aliquid agere, vt nihil omnino delinquas: atque etiam si qui sine delicto quid fecerint, difficile est in iudicem non incidere iniuum. Xenophon.

Non facilè reperiri potest opus, in quo quis non accusetur. Idem.

Cæca humanæ mentis iudicia, saepe lata pro tristibus, & pro latiis tristia ducunt. Aen. Sylvius.

Sæpe honestas rerū causas in iudiciū adhibeas, perniciosi exitus consequuntur D. Othonis. Tacit.

LABOR.

Virtutem quidem omnes planè amant, sed quia per laborem queritur, multi eam deferunt. nam adipiscendi ratio dubia, in adipiscendo labores manifesti. Xenophon.

Qui labores aut ærumnas aut ignominiam supra modum formidat, is à sua molitie superari non animaduerit. Plut.

Quæcunque bona sunt, ac præclaræ, eorum nihil sine labore ac studio dij hominibus largiti sunt. Xenoph.

Negligentia & ignauia vel optimè constituta corrumpunt: labor cum meditatione coniunctus, & cura vel re malè gesta plurib profuit. Procop.

Labor voluptasque dissimilia natura, societate quadam inter se naturali sunt iuncta. Liuius.

Qui non labore doceri, sed in voluptatibus importunis degere volunt, hi natura pessimi, qui nec legibus,

nec

nec rectè dictis obediunt. nam quia labores nesciunt, qualem virum bonum esse oportet, non inueniunt. Xenophon.

Præclara quæque sudore maximo laboreque conficiuntur. Scodrensis.

Labore miles probatur, non molitudine. D. Pertinacis. Herodianus.

Labor militiae assidua frugalitatis consuetudine facilior fit. Iustinus.

Laborem in victoria nemo sentit. D. Alexandri Seueri. Lampridius.

Labores ac discrimina pro re honesta aggredientibus, vt viuere: sic mori dulce, cum immortalem sui nominis memoriam posteritati relinquere se sciant. D. Alexandri. Arianius.

Nihil est, quod non assidua meditatione facillimum reddat. Vegetius.

Extremæ dementiæ, velle laboribus adipisci, quod ocio possit acquire. Tacitus.

LAPS.

Laus falsa, & precibus expressa, perinde cohibeatur quam malitia, quam

crudelitas. Tacitus.

Nascentem laudem comitatur fauor, contemptus senescentem. Sabel.

Ad magnam laudem opesque ingentes parandas, contendebitis per omnes asperitatum difficultates fortissime enitendum. Leuin. Apoll.

Generosus grauem etiam rerum suarum iacturam facile contemnit: quum amplissima veræ laudis, ac ingentis famæ commoda latè prospiciat. Iouius.

Plurimum sibi laudis pariunt, non qui inferiores deuicerunt: sed qui animi fortitudine præstant. Tacit.

Multa conuicia, multæ laudationes præter æquitatem in vita versantur. Illa in eos qui nihil commiserūt, hæc in eos, qui nihil laude dignum gesserunt. Nicephorus.

Ad laudem multo est illustris ab amicis propulsare, quam inimicis inferre periculum. Oforius.

Præclarus ab infraestri animi constantia, quam à felici victoriæ successu laudem ferre. D. Solymanni. Iouius.

Lxx

LEX.

Leges egregiæ, & exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum lignuntur. Tacitus.

Leges in facta constituuntur, quia futura in incerto sunt. Tacit.

Non vtendam imperio, vbi legibus agi potest. Idem.

Nihil vitæ hominum ad felicitatem comparandam vtilius, quam leges, iustitia & pax. Diodorus.

Quæ nec legibus constant, nec optimis institutis, ab omni virtute defituantur necesse est. Procopius.

Leges à victoribus dicuntur, accipiuntur à victis. D. Alexandri. Curt.

Ex quacunque ciuitate ius legesq; exulant, in eam seditio bellumq; solvent ingruere. Halycarnass.

Nulla lex satis commoda omnibus. D. Catonis. Livius

Mars tyrannus, lex autem omniū rex. D. Pindari. Plut.

Melius agitur cum civitate, quæ malis legibus constanter vtitur, quæ cum ea quæ bonis, sed inconstan-

F

ter. Thucydides.

Difficilius prouincias retinere, quā facere: viribus parantur, iure retinentur. Nauclerus.

Aegerrimè nouis legibus homines deuinciri volunt, si indurata injuriarum consuetudinum usurpatio ne valeſcentes frenos inoletæ licentiae ab ijsdem imponi intelligant.

Leuinus Apollonius.

Inualida legum auxilia, quæ vi, ambitu & pecunia turbantur. Tacitus.

Suus cuiq; genti ritus, suum cuique ciuitati ius, augustum sanctumque est. Aemyl.

LIBERTAS.

Spes libertatis prædulcis ad extendum: sed plerunque grauis ad adipiscendum. Egesippus.

Multis dum libertas petitur, seruitus accumulatur. Idem.

Falso libertatis vocabulum obtinetur ab ijs, qui priuatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei nisi per discordias habent. Tacitus.

Libertas apud proteruos citò perit, nisi

nisi respublica moderatis consiliis regatur. Iovius

Omnes qui sapiunt, vbi cunque libertatem tueri datur, ibi patriam existimant. D. Bibuli. Appianus.

Privatum abest crimen, vbi publicæ libertatis vindicta peragitur. Saxo Grammaticus.

Honestius fortiusque propria libertas defenditur, quam aliena oppugnatur. Sabellicus.

Melioribus auspiciis libertas defenditur quam eripitur. Iovius.

Vera & naturalis libertas est eius quod licet, non quod placet. Girard.

Adaperti, & liberè sentientis persona inexpectatis s̄epe iniurijs expedita censetur. Iovius.

LICENTIA.

Diutina licentia & iniuria quasi iure & æquo nititur. Tacitus.

In magna licentia quisque suis moribus facile seruit, effuseque blanditur. Iouius.

Est difficilè in maxima licentia moderari sibi, quasi que frenos impone-

re cupiditatibus. D. Marci Antonini.
Herodianus.

Malum est eum imperare, sub quo
nemini quippiam concessum sit: sed
longè peius sub eo viuere, sub quo
omnia licent. Dion Cassius.

LITERAE.

Mandare literis, quæ facienda sunt
omnia, non magis facile est, quam
omnia futura scire. Xenophon.

Quanto quisque industrius est, aut
fortior, animosior, tanto saucere in
genijs ac literis magis debet. Aen. Syl.

Literas quisquis odit, earum quo-
que filias humanitatem, Reipub. a-
morem, pacem virtutesque alias. D.
Senecæ. Curio.

LITERVM.

Nunquam quisquam lucro appo-
nit, quod utilitatem in commune pa-
rit. D. Pertinacis. Herodianus.

LVX.

Lux adeò iucunda & amabilis, vt
nihil eorum quæ natura voluptatem
adferunt, absque luce cupiat in tene-
bris esse. Plut.

Hoc ipsum quod viuimus, quod
in hominum genus adsciti sumus, in
hoc à Deo datum, ut innoteat. Idem.

LVXPS.

Neceſſe est, ut magnum luxum ac
prodigalitatem eximia timiditas at-
que mollities consequatur. D. Alex-
andri. Arrianus.

MAGNANIMITAS.

Sola magnanimitas non senescit,
nec magis in affecta iam ætate lucra-
ri delectat, quam honorari. Thucyd.

Oportet quæ diuinitus necessariò,
quæ ab hostibus fortiter ferre. Idem.

Maiore animo tolerantur aduersa
quam relinquentur. Tacitus.

Præstantissimo cuique animo æ-
quissimè iudicant, qui apertissimè
dura simul & iucunda cognoscunt,
& ob id à periculis se non subtrahunt.
Thucyd.

Magnanimum & fortē virum
decet in rebus aduersis aquabilitatē
tueri, seque ad humanos casus con-
stantem atque inuictum exhibere:
nec tam de præteritis rebus, de quib.

nulla hic amplius consultatio haberi potest, & potius de futuris cogitandum. Bizartus.

Ille magnanimus verè, qui non modo mortem minimè formidat : verū etiam inanes multitūdinis opiniones nihil curat. Osorius.

M A L V M.

Expectatio mali malo ipso moleſtior. Appianus.

Domestica mala tristitia opperenda. Tacitus.

Summa mala tergiuersationem non patiuntur, in quibus vel exigua negligentia summa rerum est cœſio. Tacitus.

Mala difficulter incipiunt, facile crescunt. Machiav.

Remota mala minus moleſta sunt, quā propinqua : & quod expectatur, etſi pessimum fuerit, leuius co ducitur, quod vrget in præſentia. Nictetas.

M E T V S.

In metu consilia prudentium, & vulgi rumor iuxta audiuntur. Thucydides.

Timor

Timor proſpicere futuris admonet, & diligentiam docet. Egesippus.

Colluies hominum non niſi metu coercentur. Tacit.

Vt metu repetundarum fracta auſtritia eſt: ita vetita gratiarum actione ambitio cohabetur. Tacit.

Qui priuatim ſibi aliquid timent, iij captant cuitatem perterrefacere, vt publico metu ſuum occultent. Thucydides.

Non turpis eſt metus, qui pro patriæ ſalute uſcipitur. Iouius.

Qui nulla iniuria irritati ad laeden dum veniunt, iij etiam funditus perdunt metu periculi, quod eos manet ab hoſte, ſi cum ſuperſlitem reliquerit. Thucyd.

Coercenda multitudine metu, quæ officio contineri non potest. Sabel.

Plerunque in ſummo periculo timor miſericordiæ non recipit. Caſtar.

Qui caute & cum metu res aggrediuntur, ſaepius ſuperiores euadunt, quām qui temerē & ſuperbē traſtant omnia. Argentonius.

Spes & metus æqualiter diuisa sunt. Iouius.

Sæpe minor manus, dum metuit maiorem, præ contemptu parum instructam profligauit. Thucyd.

Oportet in hostili terra militantes animo quidem esse præstanti, ad rem verò gerendam cum metu se præparare. Idem.

M I L E S .

Miles tria curare debet, corpus ut quā validissimum & pernicissimum habeat, arma apta, animum paratum ad subita imperia: cetera scire, dijs immortalibus & imperatori curæ esse. Liuius.

Non minus modestia & continencia in milite, quam virtus & magnitudo animi desiderantur. Cæsar.

Non facilè in officio potest miles contineri ab eo, qui necessaria non subministrat. Xenoph.

Sicut bene exercitatus miles prælium cupit, ita formidat indoctus. Vegetius.

M I L I T I A .

Parendo potius quam imperia dum

cum sciscitando res militares continentur. D. Othonis. Tacitus.

Sacramentum militæ nullo vel præsentis mortis metu violandum. Iouius. Honigerus.

Scientia militæ neminem sine amulo finit. Tacitus.

M I S E R I C O R D I A .

Felicissimorum misericordia eo facilior esse debet, quo humana contéplantes ob subitos atque inopinatos casus eos deprecari vident, quos paulo antè ad nocendum potentes conspexere. D. Asdrubalis. Appianus.

Egregium hostem abiicere, non minus laudabile quam infelcis scire misereri. Valerius.

Quos iniuriæ inuisos faciunt, grossos miserię reddunt. Idem.

M O D E R A T I O .

Per pulchra res est, si quicquam aliud in rebus humanis vel prosperis vel aduersis animi moderatio. Arrianus.

Nihil tam præclarum, aut tā magnificentum, quod non moderatione temperari desideret. Valer.

Omnibus in rebus plurimum mediocritas potest, præstatque nihil videri affectasse, quod cuiquam intolerabile fututum sit. Polybius.

Siue viribus quis polleat, siue genere excellat, siue fortuna Alexandrum exuperet, siue quis Asiae imperio Africam adiungat, & cum his Europam continuet: nisi moderatio animi adsit, fœlix esse non potest. Arianius.

M O L L I T I E S .

Immodica molitie rebus gerendis nihil aptior quam dementia. Nicetas.

M O R S .

Vita & mors iure naturæ sunt, vt sine dedecore cum ciuibus fama & fortunis integer agas, id dono datur, & accipitur. Sallust.

Mors omnibus ex natura æqualis, obliuione apud posteros, vel gloria distinguitur. Tacitus.

Minus timet mortem, qui minus deliciarum nouit in vita. Vegetius.

Mare, coelum, terra, casus, natura, ius, iniuria, interitum afferunt, & vita non-

nonnunquam morte ingratior. Aemylius.

Iguavis æquè ac fortibus mors fatalis: sed gloria nunquam, nisi bonis viris contingit. Halycarn.

M V L T I T V D O .

Nulla est ciuitas, quæ non & improbos ciues aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat. Liuius.

Natura multitudinis aut sicut humiliter, aut superbè dominatur: libertatem, quæ media est, nec spernere modicè, nec habere sciunt. Idem.

Sunt populi ad deteriora proclives, & quicquid multitudini gratius est, locum obtinet. Appianus.

Non à multitudine incomposita atque infelici ratio exigenda. Idem.

Multitudo disciplinæ insolens, ipsa sibi impedimento in prosperis ad victoriam, in aduersis ad pugnam. Egeliippus.

Multitudo incondita nihil sani;

vel momenti habet, si virtus ei oppo-
natur. D. Baiazetis. Chalcondyles.

Populari multitudine nihil neque
insipientius, neque insolentius. He-
rodotus.

Multitudo ex improuisis ac repen-
tinis magis, quam consultis & cogita-
tis ad spem salutis erecta. Plut.

In multitudine neque modus, ne-
que consilium, neque ratio inest vlla,
cum immodicæ libertatis studio du-
citur. Osorius.

N A T U R A.

Natura quemadmodum nascen-
di, ita gignendi legem scribit: ideo-
que parentes filios alendo, eos ne-
potum nutriendorum debito alliga-
uerunt. D. Camilli. Valerius.

Ingeniosa ad sui tutelam natura.
Scodrensis.

Ita natura comparatum, vt sua
quemque damna magis, quam publi-
cus dolor moueant. Aemyl.

Insita mortalibus natura pro-
perè sequi, quæ piget inchoare. Ta-
citus.

Paucis

Paucis natura præesse dedit, pluri-
bus obtemperare. Egesippus.

Humana natura moribus, doctri-
na & legibus constricta, saepius icepta
occultat, ac probitatem honestatem
que præ se ferre videtur. Plut.

Quicquid cum natura pugnat, &
iustos limites excedit, nihil hilarita-
tis & voluptatis habet. Nicephorus.

Est perpetua naturæ lex, vt alia sub-
inde obscurentur & intereant, alia in
locum nascantur & florescat. Curio.

Natura comparatum est, vt è mol-
ibus regionibus molles viri existant,
neque ex eadem terra admirandæ fru-
ges, & egregij bello viri gignantur. D.
Cyri. Herodotus.

Natura comparatum est, vt sepe
sponte cedētibus cedamus libenter,
insolentibus etiam contra animi pro-
positum cum periculo aduersemur.
Thucydides.

N E C E S S I T A S.

Humanæ imbecillitati efficacissi-
mum duramentum necessitas. Valer.

Dum necessitas yrget, & formido

ingruit: quæ rectiora sunt facta, ut cunque & leuiter degustamus. Procopius.

Quicquid necessitas pro tempore vel priuatis hominibus, vel civitatis extorquet, tantisper durat, donec cefset necessitas. Haly carn.

Turpe nihil, quod vi aut necessitate fit. Plut.

Efficacior omni arte imminens necessitas. Curt.

Vltima necessitas in rabiem vertit, atque eos plerunque, qui penitus de vita desperant, ex timidis longè fortimos facit. Ionius.

Ex necessitate virtus augescit. Aemyl.

Vitandum quicquid emēdari non potest. Aen. Sylvius.

Quod homines inuiti ac necessario faciunt, neque diu neque diligenter facere possunt. Idem.

Ignauiam necessitas acuit, & saepe desperatio spei causa est. Curtius.

Vchemens est necessitas, & extre-

mum

mum periculum satis est ad ingerendam audaciam. Polybius.

Facilè assumit pugnandi necessitatem, cui fugiendi imponitur necessitas. Aen. Sylvius.

Nullum telum acrius homini necessitate, desperatione ac pernicitate datum. Aemyl.

Imperio dignos se exhibere debet, quos ad regendi necessitatem vis fatalis adduxit. Lampridius.

In tranquillo tempestatem aduersam optare dementis est, sanioris vero quauis ratione occurtere cum tempus aut necessitas vrget. Scodrensis.

Vbi summa rerum omnium negligentia oboritur, ibi timorem quoque, & in maxima securitate diffidentiam oboriri neesse est. Plutarchus.

Socordia eorum meritò irridenda, qui præsenti potentia credunt extinguiri posse etiam sequentis ævi memoriam. Tacitus.

Nihil est nobilitas generis, nisi morum nobilitas adsit, & humanitas. Herodianus.

Nihil in hac vita nobilius atque beatius, quam in quieto animo suæ pariter atque alienæ fortunæ obuiam ire, perpetuisque beneficentiæ & liberalitatis operibus infitæ virtutis famam extendisse. D. Canis Scaligeri. Iouius.

Nemo honestis parentibus ortus existit, qui non multo grauius flagitijs dedecus, quam supplicij formam reformidet. Iouius.

O B S E Q V I V M .

Melioribus ac prestantioribus parere sine vlla turpitudinis nota salvare ac decorum. Plut.

Pauci reperiuntur, qui norunt gratificari. Pompon. Latus.

Pereni obsequio etiam imperium intercidit. Tacitus.

O B S T I N A T I O .

Obstinatio parit amentiam, amnesia rerum omnium obliuionem. Sabellicus.

Odium.

O D I V M .

Natura comparatum est, vt odium ex suspicione oriatur, & offendæ post odium veniant. Guicciard.

Acerrima proximorum odia. Tacitus.

Plerunque acerba odia metus comprehendunt. Egesipp.

Priuata odia publicis utilitatibus remittenda. Valerius.

Haud facile animum veritati prouidere, vbi odium, amicitia, ira atque misericordia officiunt. D. Cesaris. Salustius.

Ira & odium in pectoribus magnos fluctus excitant, procul cepter illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Valerius.

In antiquis & acerbis simultatibus difficile firmare cōciliationem, quia aut suspicione, aut vindictæ cupidine præpediuntur. Guicciar.

O P E R A .

Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum sine impensa & opera est. Liuius.

G

Ampla imperia, & nimiae quæ ex pētuntur opes, multas & varias, ac vnde dique circunfusas molestias habent. Plutarchus.

Magnificentia & opes ludis amittuntur, non queruntur. Iustinus.

Præsentis fortunæ muneribus mortali animus inexplebilis. Aemyl.

Quantum quisq; opibus valet, tantum & iuris sibi arrogat. Idem.

O P P O R T U N I T A S.

Quæ factu optima videntur, nisi opportunè fiant, ingentes adferunt iacturas. Polybius.

Ei qui temporis opportunitatem neglexit, nec sc̄ rebus gerendis tunc statim accommodat, non licet in posterum, quod omissum est, reuocare. Procopius.

Opportunitatis momenta redire nesciunt. Idem.

Serò facultas prætermissa lamentari facit eos, qui quamdiu licet, securitati suæ minimè prospiciunt. Osorius.

Priori potior solet esse conditio. Egesippus.

Qui

Qui circa res gerendas versantur, omni prorsus commoditate priuantur, nisi & loci & temporis, & causarum atque occasionum omnium ratio constet. Polybius.

O R A T I O.

Omnia efficit oratio, quæ hostile ferrum conficeré non potest. Plut.

Res si bona fuerint, breui commoratione contentæ sunt: compti autem moderatique sermones peccatis velamenta prætendunt. Thucyd.

Multa sunt, quæ nequeūt oratione declarari, sed facto: alia, quæ ratione declarari possunt, sed inde nihil clari operis existit. D. Darij. Herodotus.

Superuacula de vtilib. oratio, quando omnium auditorum consipiat ad deteriora consensus. D. Agrippæ Iosephus.

Oratio hominum promissa non seruantium vana & imbellis, ac sine honore hinc inde vagatur. Xenoph.

P A X.

Pax & concordia victis vtilia, victoribus tantum pulchra. Tacitus.

Ibi pax est fida, ubi voluntarij pacati

G 2

80 SENTENTIA

sunt: nec eo loco vbi seruitutem esse
volunt homines, fides speranda. Liu.

In turbas & discordias pessimo cuique plurimavis, pax & quies bonis artibus indigent. Tacitus.

Melior tutiorque certa pax, quam sperata victoria. Liuius.

In pace causa & merita spectantur: vbi bellum ingruit, innocentes & noxi iuxta cadunt. Tacitus.

PATIENTIA.

Patientia queri debet, quod gratia impetrari nequivit. Valer.

PATPERIAS.

Soli fures de paupertate conqueruntur, dum volunt scelera vitae suae tegere. D. Alexandri Seueri. Lamprid.

Leuanda paupertas eorum, qui diu recip. viuentes pauperes sunt. Vopisc.

Egestatem suam nulli fateri deformis est, deformis ut eam deuitet non anniti. Thucyd.

PERFIDA.

Efficacissimae vires perfidia mentiri ac fallere. Valer.

Nihil solet mortalibus minus inulum esse, quam perfidia. Sabellius.

Perfidia & feritas destruunt regna.

HISTORICAE.

81

Scodrensis.

Infamia perfidiæ & crudelitatis odium incendit, & ad vindictam stimulat. Oforius.

Adeò mobilis & infida populorum natura est, vt facile quos desertos à fortuna conspicerint, statim soluto pudore destituant. Iouius.

Dum mobilitas & malitia animi conuincitur aut reprehenditur, secundum scelus & nouam perfidiam addit. Idem.

Qui accepte iniurię vindictam coquunt, facile ad omne perfidiæ vel audaciæ facinus impelluntur. Idem.

Perfidiam nulla beneficia vincunt. Pontanus.

Perfidiosi homines aliquando datum fidem seruare solent, vt opportunitus & maiore cum lucro postea decipiant. Iouius.

Proditoribus degeneres animi sunt, præsertim quum in ipsa perfidia comprehenduntur. Idem.

PERICULVM.

Securum, antequā pericula veniāt,

G 3

cogitare quid agendum. Procopius.

Non consultum est exponere periculum, dum expectantur auxilia. D. Augusti. Appianus.

Magna negotia magnis cum periculis suscipi volunt. D. Xerxis. Herod.

Quanto maiora imminent pericula tanto potiora remedia conuenit adhiberi. Abb. Vrsp.

Cui minor sapientia, & ex mediocritate fortunæ pauciora pericula sunt. Tacitus.

Ab nullo homine non summum periculum, si cœtus & concilia, & secretas consultationes esse sinas. D. Catonis. Liuius.

Maior periculi cura, vbi spes propinqua. Egesippus.

Pauci manifesta vitæ pericula, nisi propositis ingentibus præmijs subire volunt. Iouius.

Necessaria, nec prorsus voluntaria eligentes pericula, Deus semper adiuuat. Procopius.

Nemo fiducia propriæ sapietiarum aut potestiarum res periculoſas, aut nō necesa-

saria s.

Sarias suscipere debet. D. Artab. Hero.

Plerunque accedit, vt qui ante periculum operâ pollicentur, in ipso demum discrimine turpissimum praestent. Iouius.

Plerunque ante periculum homines suas atq; alienas vires iniquè estimat, & destinata consilijs secundo cursu sibi successura facile credunt. Idem.

In rebus turbatis & perditis consilium ab omnibus datur, periculum pauci sumunt. Tacit.

Oportet eos qui pericula reputat, ea inter se comparare, & quæ minora apparuerunt eligere. Chalcondyles.

Nihil in ipso imminentis periculi limine perniciosius lôga deliberatione. Iouius.

Est ita comparatum, vt omnes qui in periculo sunt, quamdiu subsidij in amicis ac sociis habent, tam diu cum ijs amicitiam putent conservandam: vbi vero spes omnis sublata est, tunc ipsi per se rebus proprijs cōsulere coguntur. Polybius.

Inter arma & lituos conditionis

4 SENTENTIÆ

æquatio leuiora facit pericula. Marcellinus.

Plerunque fit, vt præsentis periculi metus sine pudore perfidiam excusat. Iouius.

Fluxa per discordias militum fides, & periculum ex singulis. Tacitus.

Dubiæ nimium pugnæ periculum non sponte suscipiendum. Plut.

Timor in aduersis quotidie augescit, & pericula victis. Guiçciard.

Cadunt in irritum labores, si præmia periculorum soli assequuntur, qui periculo non adfuere. Tacitus.

P E R I V R I V M.

Quisquis abiurat, hostem formidare, & Deum negligere cōfitetur. Plut.

Videmus permultis tum priuatis, tum principibus viris ob violatam fidem minus multa bene cadere. Polydorus.

P E R T I N A C I A.

Plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, vti eò recurrent, & id cupidissimè petant, quod paulò antè contempserint. Cæsar. Iouius.

Stultis

HISTORICÆ. 85

Stultis & pertinacibus ne certissima persuaderi possunt. Nicephorus.

Nullum vitiū magis fauori hominum inimicū, quā pertinacia. Sabell.

Ijs qui in extremo casu versantur, inani animorum obstinatione nihil lethalius. Iouius.

Sublata spe veniæ, pertinacia accenditur. Tacit.

Superfluum suadere quid fieri oporteat, cum audientium assensus in deteriora rapitur. Egesippus.

Pieriq; quamuis se delinquisse sciāt, id tamen rectè factū pertinaciter defendunt, culpam suam per hunc modum celatum iri arbitrantes. Nicephorus.

Qui sua intēperantius amant, oblitati rationis citissimè præcipites dātur, vt reliqua sua omnia quum fata vrgent, penitus euertant. Iouius.

P E R S E V E R A N T I A.

In rebus honestis pulcherrima semper perseverantia. Abbas Vrsp.

Perseuerantia in omni quidem genere militiæ, maximè vero in obsi-

G 5

dēdis vrbibus necessaria est, quarum plerasque munitionibus, ac naturali sitū inexpugnabiles fame sitiq; tempus ipsum vincit atque expugnat. Liu.

P E R S V A S I O.

Subita persuasio ad scelus prœvia est, facilis via ac prona, qua quō voluimus ducimur. Plut.

P O T E N T I A.

Nunquam satis fida potentia, vbi nimia est. Tacitus.

Arduum est eodem loci potētiam & concordiam esse. Idem.

Facilis transitus ad proximos validiores. Idem.

P R AE M I V M.

Cruciati aut præmio cuncta peruvia sunt. Tacit.

Vbi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. Sallustius.

P R AE S E N T I A.

Multi odio præsentium, & cupiditate mutationis suis quoque periculis lètantur. Tacit.

Populi, qui præsentia semper fastidiunt, & noua temerè exoptat, intem

pestiuæ

pestiuæ cupiditatis poenas sæpius per soluunt. Iouius.

Seimper mortales futura meliora putantes, præsentia minus probant. Polydorus.

Quibus præsentia maximè satisficiunt, ij minimè aliena concupiscunt. Xenophon.

Ea quæ adsunt plerunque satieras comitatur, voluptatemque immunit: quod & plurium sensuum admiriculo subinde animi recessibus ingeuntur, & ijs pro libidine & vti & abuti licet. Nicephorus.

Non est præsens emolumentum spé futuri, quod in aliena fide cōsistit omittendum. Oforius.

P R AE T E R I T A.

Præterita magis reprehēdi possunt, quam corrigi. D. Annibal. Liu. Iouius.

Passio consueta mortalium præteritæ sortis semper reminisci, ad eam, que reuerti posse sperare. Appianus.

Oportet à præteritis coniecturam facere, ut id quod in præsentia sit statuatur. Chalcondyles.

Quæ præterierunt, nihil habent

fastidij, quod rarò & vni ferè aurium sensui offeruntur. Nicephorus.

PRINCEPS.

In remunerando largus, in puniendo mitis & clemens princeps esse debet. Plutar.

Debet princeps timere potius male agere, quam malè pati, cū alterum alterius causa sit. Idem.

Non oportet à voce principis tristè aliquem discedere. D. Titi. Suetonius.

Cæteris mortalibus in eo stant cōsilia, quid sibi conducere putent: principum diuersa sors est, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Tacitus.

Minore discriminine sumitur princeps, quam queritur. Idem.

Omnia principum honesta atque inhonesta laudare mos est. Idem.

Pium iustumque principem desiderant populi magis quam ferunt. Pontanus.

Suadere principi quod oporteat, multi laboris. D. Galbae. Tacitus.

Abditi principum sensus, & siquid occultius

occultius parant, exquirere illicitum. Idem.

In quo semel principe, seu bene facta, seu male facta premunt. Idem.

Tantum mansuetudo atque humanitas benignitasque principum potest, vt non solum cum sunt præsentes, verum etiam maximo interuallo disiuncti, quosdam quasi fomites amoris & benevolentiae erga se in pectoribus hominum relinquant.

Polybius.

Ij demum diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed a morem ex benevolentia ciuium suorum instillant. D. M. Antonini. Herodianus.

Nihil in principe salubrius est, & ad laudem præstantius, quam humioribus responsis vel infimæ sortis homines abs se dimisisse. Iouius.

Nihil in magno principe dignius atque præstantius, quam iuuare mortales, alienæ calamitati obuiam ire, lætosque omnes abs se dimittere. Idem.

SENTE NTIÆ

Principum prosperis & alij frutin-
tur, aduersa ad inuictissimos pertinēt.
D. Titi. Tacit.

Princeps magnanimus neque ini-
micis valde infensus, neque amicis &
clientibus valde indulgēs esse debet.
Iouius.

Consuetum principibus, ut potius
vtilitate quam honestate moueātur.
Guicciardinus.

Reges natura neminem vel hostē
vel inimicum habent, sed ex suo con-
modo amicitias inimicitiasque me-
tiuntur. Polybius.

Principes teneriore amore profe-
quuntur eos qui ipsis deuincti sunt,
quamcos quibus vel fidei opera, vel
aliquo beneficio sunt adstricti. Di-
ctum Ludouici vndecimi. Conimi-
næus.

Principis inane nomen, & id con-
temptui & iniuriæ expositum, nisi
eius ærario prægrandenti signatæ pe-
cuniæ vim ante periculum conge-
stam contineri, seruatique omnis
generis homines existimēt. D. Alfonsi

Ferra-

HISTORICÆ.

ii

Ferrariensis. Iouius.

Regum æraria quo plures vesti-
galium accessiones fiunt, eo sumptu-
bus minus necessarijs, & casibus in-
terdum acerbioribus exhauriuntur.
Osorius.

Non est reipub. commodum re-
gium patrimonium, quod est reip.
firmamentum, immodica largitio-
ne uno momento temporis exhauri-
ri. Idem.

Vtrunque regum, munus & vir-
tutis merita debit is ornamentiis affi-
cere, & seuerè in admissum scelus ani-
maduertere. Idem.

Regum officium consulere po-
pulis, tueri innocentiam, coerce-
re improbitatem, dare salutem, pro-
pulsare pericula, conseruare, & bo-
nis omnibus amplificare rem public.
Idem.

In principum dictis & factis nihil
leue, nihil parum videri debet: pro-
pterea quod in vulgus manat, & prin-
cipis exemplo mores populi semper
sequuntur. Iouius.

Principis officium, qui ad regiam laudem adspirat, est magna & ardua moliri. Osorius.

Vt nihil magis regium fidei stabilitate & constantia, ita nihil est perfidia magis à regijs moribüs & institutis alienum. Osorius.

Nullum beneficium, nullum foedus potest esse satis ad diminuendam è principum animis suspicionem, quam de se inuicem conceperunt. Guicciardinus.

Inter príncipes plus virium habet odium, ambitio & vindicta, quām sanguinis proximitas. Girar.

Difficilius princeps ciuitatis à primo loco ad secundū quām à secundo ad ultimū detruditur. D. Cæsar. Sabel.

Suadere principi quod oporteat, perdifficile, assentari facile. Idem.

Imperaturis duo adesse debent: in bello vires, in consilijs prudentia. D. Tullij regis. Liuius.

Imperatoris partes magis in consulendo & imperando, quām dimicando sitæ. Scodrensis.

Poten-

HISTORICÆ.

¹¹³ potentissimi regis, & prudentissimi magis est ex bello pacem, quām ex rebus quietis tumultum excitare. Procopius.

Multa oportet regem possidere, & multa impendere. D. Constantin. Pompon. Lat.

Miser est Imperator, apud quem uera retinentur, qui cum ipse per omnia ambulare non possit, necesse est ut audiat, & uel audit, uel à pluribus roborata confirmet. Lampridius.

Suspectus semper iniuisus est domini nantibus, qui proximus destinatur. Tacitus.

Lubricus apud reges primus locus, nec solida potestas unius uoluntate subnixa. Aen Syluius.

Minima quæcū errata principum, & remp. administrantium notatur, et pro magnis habentur: sicut uerrucæ in facie foediores, quām in reliquo corpore conspicuntur. Plut.

Nemo est principum, quem non grauis fama perstringat. Capitoli-nus.

Malí príncipes neq; uiuentes amātur

tur, neq; mortui laudātur. Girardus.

Nullam maiorem cladem Deus alicui nationi inferre potest, quām si ei præficiat príncipem ignorantē, & terum imperitum. Comminæus.

Vitiosus prínceps plus exemplo, quām peccato nocet, quum semper permulti existant príncipis imitatores. Polydorus.

Magnorum peccata vulgo propofita ad imitandum; & ut in publico foedere cōmuniq; causa idē ceteris q; illis ius fasq; uidetur. Acmyl.

Rarò potentes rerū mali euadunt, ubi desunt suarum cupiditatum ministri. Diodorus.

Plerūq; iij qui iniquis príncipibus intima familiaritate, & maxima fiducia præstandæ specie sunt cōiuncti, infidissimi omnium, & primi ad eorum perniciem proditores reperiuntur. Leuinus Appollonius.

Magnopere formidandū príncip. factiones domi alere. Comminæus.

Cominātiones parum decēt honestos príncipes, cū cōstet uictoriā et euētū bellī in manu Dei esse. D. Othonis primi Abb. Vrsp.

Regie

HISTORICÆ

Regie opes nunquam sceleratorū hominum consilio & opera stabiliuntur, frequenter euertuntur. Osorius.

Magnorum príncipum congressus atq; colloquia absentibus semper suspecta, in alienamq; perniciem uerti occulta conspiratione existimantur. Iouius.

PRODITIO.
Tanto grauius malum proditio, quām bellum quāto difficultius occulta caueri possint quām aperta. Xeno.

Qui prodidisse aliquem deprehēditur, cum eo neq; pacis ineuntur fœdera, neq; quisquam ei deinceps fidē habet. Idem.

Odimus & ueremur beneficium proditorē ex ipsius factis. Procopius.

Proditores etiā ijs quos anteponunt iniūsi sunt. Tacitus.

PROSPERITAS.
Facilius propulsare aduersa, quām tutari secunda. Thucyd.

Miseria tolerantur, felicitate corrūpimur. Tacitus.

Difficilius res secūdas, quā aduersas ciuiliter et moderate ferre. Nice.

Ii in quibus crebre alternantis for-

tu

116 SENTENTIA
tunæ uicissitudines contigerunt, de-
bent esse minime creduli prosperita-
tibus. Thucyd.

Rebus secundis etiam egregij du-
ces insolescunt. Tacitus.

Prosperi successus humana inge-
nia cum primis explorant, & uecors
des tam insolentes reddat, quam cor-
datos constantiae moderationis, & gra-
uitatis laudibus cumulant. Niceph.

Homines non habent infensorē
hostem magna prosperitate: quia im-
patientes eos reddit, licentia ple-
nos ad male agendum audaces, ad
propriam tranquillitatem turbandā
proclives, & res nouas moliendas.

Guicciardinus.

PRUDENTIA.

Tantum apud homines ignorantia atque segnities à prudentia atque industria differt non solum in priua-
ta uita, uerum etiā in publicis rebus,
ut in illis prospere res detrimentum,
in his aduersae emendationē quandā
errorum adferre uideatur. Polybius.

Officium uerè prudentię est uita-
re malū, cum inquit: aut corrigere,
cum

HISTORICAE. 117
cum iam aduenit: aut pro uiribus mi-
nuere, aut se parare ad uiriliter & fo-
riter ferendum. Plut.

Modum imponere secūdis rebus,
nec nimis credere serenitati præsen-
tis fortunæ, hominis merito pruden-
tis est. Liuīus.

Prudentia est impendentes præca-
nere calamitates, & si quid ad grauiorā
mala auertenda nouandum sit, nō
est cunctandum. Nicephorus.

Summe prudentię ita præterita a-
gnoscere, ut futuris prospiciatur.
Aemylius.

Qui difficultates & infortunia eua-
serunt, solent prudentia praestare ijs,
qui nōdū fœlices fuerint. Procopius.

Pauci prudentia honesta à deterio-
ribus, utilia à noxijs discernunt, plu-
res aliorum euentis docentur. Ta-
citus.

Vbi prudentia opus est, ibi ui age-
ren nihil attinet. D. darij. Herodotus.

Prudentis est in aduersis lapsum
corrigeri, in prosperis moderationē
tenere. Egesypus.

Oportet eos qui citra periculū uo-
lunt

118 SENTENTIAE

lunt uiuere, anteuertere & occurre-re malis impedientibus: et si in præsen-tia plantæ radicem facile præcindere possis, cunctandum non est: neq; ex-pectādum, ut acceptam iniuriam cū periculo ulciscaris cū aduersarij male cogitantis conatus exprimere liceat. *Nicephorus.*

Si in secundis rebus bonā quoque mentem darent dij, non ea solū, quæ eueniunt: sed etiam quē eueniire pos-sunt, reputarent. *D. Annibalis. Liui.*

Sine prudētia zelus inutilis. *Gir.*

PVDO.R.

Vix artibus honestis pudor reti-netur; nedū inter certamina uictoriū pudicitia, aut modestia, aut quicquā probi moris referatur. *Tacitus.*

PVGNA.

Tempus pugnam incipere, cum spes nulla salutis, pulchrumq; uitam pacisci cum laude. *Iosephus.*

Facile assūmit pugnandi necessita-tē, cui fugiendi imponitur difficultas. *Aen. Sylu.*

Animis penē omniū hominū hoc naturaliter euénit, ut trepident cum ad conflictum uenerint. *Vegetius.*

HISTORICAE.

119

Aduersum prælūm maxima secū trahit incommoda, et ualde pernicio-sum est uictis. *Comminæus.*

QVIES.

Multa quies, uitaç sedentaria nō corporibus modò, uerum etiam ani-mis marcorem conciliat. *Plut.*

Necq; quies gentiū sine armis, ne-que arma sine stipendijs, necq; stipen-dia sine tributis haberi queunt. *Taci.*

Nemo adeo in arma promptus, ut non idē preciū quietis quam periculi malit. *Idem.*

RESPUBLICA.

Nulla magna ciuitas diu quiesce-re potest. Si toris hostem non habet, domi inuenit ut præualida corpora ab externis causis tutu uidentur: sed suis ipsa uiribus onerantur. *Liuius.*

Sanctius remp. obtinere inopem, quam ad diuinitatē cumulū per discri-minum atq; dedecorū testigia per-uenire. *D. Pertinacis. Capitolinus.*

Noua in remp. merita non usita-tis uocabulis honoranda. *Tacitus.*

Nihil sordidius, inō crudelius, quā si remp. arrodant, qui nihil in eam suo

labore contulerunt. D. Antonini p̄ij Capitulinus.

Moribunda & affecta resp. priuatas res uel ualidissimas secū trahit in excidium. Aemyl.

Melius agi cum ciuibus priuatim existimandum, si tota ciuitas fortunata sit, quā si per singulos ciues fœlix sit, publicē uero labefactetur. D. Periclis. Thucyd.

Tardioris ingenij homines administrant coimmodius ciuitates, quam solerti oris. Idem.

Imperium sine disciplina salutari odiosum & iniustum, & multis periculis & fortunæ procellis obnoxium. Oforius.

Imperio dignos se exhibere debet, quos ad regendi necessitatem uis fatalis adduxit. Lamprid.

Solitum reip. infidicatoribus obsequijs & indulgentia potius emereri fauore exercituum, quam alienare animos eorum per securitatem. D. Pisonis. Appianus.

Quæ publicē presunt, parum cuique

que curæ sunt. D. pertinacis. Hero-dianus.

Prima dominandi spes in arduo: ubi fueris ingressus, adsunt studia & ministri. Tacitus.

Non tam uitibus, quam humanitatis & fidei fama imperium consti-tui plerumq; solet. Oforius.

Spretum imperii deficiente quotidie robore, continuò fluit atq; deficit. Agathias.

In perturbata rep. nō utile præesse, qui proximi inuidiae sunt. Liuius.

Omnes rerūp. mutationes cædes secum adferunt. Xenoph.

In rebus publicis, & priuata hominū uita seditione, ira, simultatibus omnia plena, quando necessarij sumptus desunt. Polybius.

Princeps locus in libera ciuitate haud facile aliter, quam aut summa ui aut summa cum uirtute atq; mode stia retinetur. Iouius.

Turpius nihil, quam sine certamine cessisse regno, nec præclarius quicquam, quam pro dignitate ac maiestate omnem fortunam expe-

H 5 riri.

riri. Liuius.

Regnum si affectes, non tam facile adipiscare, quā si habeas, amittas. D. Odonis regis. Aemyl.

Regna suspecta, infida, cruenta, incerta, serua, angusta, insatiabilia. D. Odenis. Aemyl.

Nullum propè unquam regnum nisi domesticis bellis insecuris diuisum. Idem.

Regibus æqua atq; infima insolita sunt. Tacitus.

Sua retinere, priuata domus est; de alienis certare, regia laus aestimatur. Tacitus.

Ignoscendo, largiendo indulgendo, regna læto admodum auspicio feliciter ineuntur. Iouius.

Regi nihil est fide & benevolētia firmius & munitius. Plut.

Non debet regnare, qui armis aduersario non potest resistere. Spartanus.

Barbaris cunctatio seruilis, statim exequi regium uidetur. Tacitus.

Ad regium fastigium repente eua denti-

dentibus uanitate quadam peregrinæ stirpis honos exquiritur. Iouius.

In Regnandi primordijs positum rerum diuīcimen, ac ut initio animi popularium afficiuntur: ita ferè deinceps reges uel contemnuntur uel metuntur. Aemyl.

Principatus scelere quæsitus, non potest subita modestia & prisca grauitate retineri. Tacitus.

Nouum imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. Idem.

Omnia humana tū maxima quæque & regna, & imperia sub casibus multis sunt. Liuius.

Ille sibi uixisse testari potest, qui priuatus sine rerump. cura studioso ocio, & rei rustice fœlicissime indulxit. D. Diocletiani. Pomp. Lctus.

RELIGIO.

Nihil in speciem fallacius est, quā prava religio, ubi deorū numen prætendit. Liuius.

Nulla res efficacius multitudinem

114 SENTENTIAE
nem regit, quām superstītio: ubi uana
religione capta est, melius uatib⁹,
quām ducib⁹ suis paret. Curtius.

Sæpē homines prauis cupiditatib⁹
religionē prætexunt, quia uideri
uolunt se iustis & magnis causis ad
mouendum bellum cogi, hanc iusti-
tiae simulationem grauiores poenæ
sequuntur. Ph. Mel.

Inane habetur religionis nomen
apud eos, qui res humanas parum cu-
ræ esse dijs immortalibus credunt.
Iouius.

S A L V S.

Singulorum salus uniuersorū pro-
uidentia continetur. Tacitus.

Aegra mortalibus mens, quum de
salute sollicita parum speret, nulla um-
quam uel ancipitia, ideoq; sæpe no-
citura remedia repudiat. Iouius.

Prudentissimi imperatores non
in multa cæde hostiū, sed in salute
atq; incollumitate suorum militum
victoriæ gloriā ponunt. Iouius.

S A P I E N T I A.

Per pauci sunt, quibus cōtingit si-
mul & fœlices esse, & sapere. Plut.

Est

HISTORICAE.

115
Est hominibus acerbissimum, eū
qui multum sapit, minime potentem
esse. Herodotus.

Loco sapientiae est, aliorum stulti-
tiam opperiri. Tacitus.

Res omnium utilissima, si ī sapi-
unt, quib⁹ potestas adest, ut sp̄otane-
is continentiam persuadeant, inuitos
autem cogant. D. Calam. Strabo.

Ratio quam adfert sapientię stu-
dium, si principi assideat; seu dome-
sticus custos sanum corpus tuetur;
Plutarchus.

S C E L V S.

Scelera īmpetu, bona cōsiliam o-
ra ualescunt. Tacitus.

Summa scelera incipiunt cum pe-
riculo, peraguntur cum prēmio. Tac.

Puniendī rerum atrocium mini-
stri, ubi precia scelerū adepti, scelera
ipsa alijs delegant. Tacitus.

Grauiorum scelerū ministri quasi
exprobatores aspiciuntur. Idem.

Quicquid scelera partū est, gloria
vacu utrū censetur, & occiduos fru-
ctus habet. Procop.

Hominum multitudo nō ex lege,
sed

sed per iniustitiam & scelus congregata, strenue quicquam agere nō potest. Idem.

Non pauci consilio & malitia, sed multo plures ira & consternatione in magna probabuntur scelera. Sabellic.

Singulorū salus universorum prouidentia continetur. Tacitus.

SECVRITAS.

Securitas detrimentorum mater. Aen. Syl.

Incauta semp nūmīa presumptio, & sui negligens. Egesippus.

Securitatis ratio prior, quam decoris habenda. Halycarn.

SEDITIO.

Vbi in medio præda administrantibus est, ibi nunquam causas seditionum & certaminis desint. Liuus.

In seditione omnes formæ malarum rerump. sunt. Thucyd.

In seditionibus omne genus hominum confluere solet. Procopius.

In seditionibus unde plures sumi, omnes adsum. Tacitus.

Ple-

HISTORICÆ.

Plerumq; epule seditiones mouēt. Iosephus.

Perditissimus quisq; quod per diē concipiuit, per tenebras audet. Tacitus.

Quibus quies ex seditionibus in pace turbæ sunt, ij tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt. Sallustius.

Nihil in discordijs ciuilibus seditione tutius, ubi factio magis quam consulto opus est. Tacitus.

Seditiosissimus quisq; ignavius. Idem.

Factiosa ingenia cuiusq; magnæ rei qdite rationes excutere solēt, subiijcereq; cēsūre suræ insolenter & proterue, ut partibus quibus fese semet addixerunt, impenissimo studio sermonēq; paſsim, & prescriptis undiq; literis opportunē deseruant. Iouius.

Factiosorum imperitorūq; hominum mos est, ut seueritatis atq; iustitiae nomen odio habent, publicasq; iniurias ex trema poena minime vindicandas arbitrentur. Idem.

In ciuilibus bellis plus militibus, quam ducibus licet. Tacitus.

Immensa

Immensa pecunia inter ciuiles discordias ferro uralidior. D. Suet. Paul. Tacitus.

Conuersis ad ciuile bellum animis externa sine cura habetur. Tacit.

Intestina seditio tanto deterior est bello, quod concorditer geritur: quanto bellum deterius est pace. Herodotus.

SE R V I T V S.

Molesta nouitas seruitutis, quam ne subeas, iuste certare potes. Joseph.

Si seruire intolerabile est: superflua aduersus rectores querela. D. Agrippa. Josephus.

SE V E R I T A S.

Plerumque seueritas, quo grauior, eo tuior. Egesippus.

Res haud parui negotij seueritatē posse cum comitate exercere. Plut.

S P E S.

Solent homines quod concupiscunt, id spei incōsiderate dare: quod uero non admittunt, id arbitra ratione repudiare. Thucyd.

Nihil efficacius spe ad subleuanda hominum laſitudinem. Appianus.

Pariunt

Pariunt benevolentiam cōmunes spes, quasi deo aliquo inter multos conspirante. Idem.

Plerique mortalium spe futurorum rerum urgentem mōrorem leuant, quamuis ea uaria sit. Niceph.

Homines in spe ac prosperitate minus labores sentiunt. Appianus.

Est salutis spes in maximis quoque periculis, nō qui uitilem animū gerūt. D. Titi. Josephus.

Fallax spes, quae non suis uirib. nititur, sed alienis aduersis. Josephus.

Fragilis spes, quae non ex uirtutis propriæ fiducia, sed ex aliena pendet miseria. Egesippus.

Sordent prima, cū maiora quæque sperantur. Curt.

Qui non sperat bonum, non timet malum. Mathian.

Minus offenduntur, qui sua spe frustrantur, quam qui alienis promissis. Halycarn.

Spes & metus bello æqualiter diffusa esse solent. Jouius.

Plurimum officiunt spes & amor in consultationibus: hic quidem Idux,

SENTENTIAE
dux, illauerò comes: híc insidiarū
intemor, illa prosperitatí fortunæ
suggerens. Thucyd.

Vbi homines religosi deos uene-
ratur, & bellicis reb. exercentur, & se-
ut dicto sint obedientes cōdocefaci-
unt: ibi consentaneū est optima spe
cuncta plena esse. Xenoph.

Dissidētia animi pusilli & angusti
comes, spes maxima perpetuo animi
ingentis altitudine atq; singulari uir-
tute freta. Osorius.

SOCIETAS.

Societas non pax, sed belli cōmu-
tatio est. Xenoph.

Indicium paucoris societate defen-
di. Aen. Sylu.

SVPERBIA.

Superbiā uerborū iracundi ode-
runt, prudentes irrident. Liuius.

SVSPICIO.

Nulla grauior pestis humano in-
génio insidet, quam altè cōcepta su-
spicio. Liuius.

SIMPLICITAS.

Cū minor sapientia, & ex medio cri-
tate fortunæ pauciora pericula sunt.
Tacitus.

Simp-

HISTORICAE.

Simplicitas & liberalitas niadfit
modus, in exitium uertuntur. Idem.

TACITURNITAS.

Taciturnitas optimū ac tutissimū
administrandarū rerū uinculū. Val.

TEMERITAS.

Petulantia, temeritas, iracundia, fa-
stus, & iactantia hostibus percōmo-
da, suis exitio sunt. Polybius.

In prosperis audacia obrepit, & in-
consultā temeritas nescit consiliū du-
cis expectare. Egesippus.

Omnia sibi licere stolidā mortalitā
temeritas putat, ubi semel aliquo secū
darum rerum incremento delinitus
est animus. Scodrensis.

Temeritas sāpē numero homines
ad insanīa & ad nihilū reducere solet.
Polybius.

Qui in improvisa mala incidūt, di-
gni commiseratione: qui in apertum
discrimen se iniciumt, exprobratio-
nibus & maledictis incessuntur. D.
Agrippæ. Ioseph.

Omnia incōsultī impetus cōpta
initijs ualida, spacio laguerunt. Tac.

Non cunctatione opus, ubi perni-

I 2 ciosior

ciosior quies quam temeritas. Idem.

Non paruae temeritatis aduersum prouidos & premunitos armorum experiri fortuam. *Saxo Grammat.*

Imperiti non ante, quam temerita tis poenias luant, rebus suis consule re norunt. *Oforius.*

TEMPS.

In diuturno tempore multa uidetur, quae nemo uelit uidere: & toleratur multa, quae nolit quispiam tollerare. *D. Solonis. Herodotus.*

TIMIDITAS.

Qui timidi sunt, postquam scelera in eunt, parcere nesciunt, & saeuia agunt. *D. Maurit. Imp. Pompon. Lat.*

Fortes & strenui etiam contra fortuna insistunt spe, timidi & ignavi ad desperationem formidine properant. *Taci.*

Eiusdem non est capere aliquos uelle, & timere. *D. Scipionis. Valer.*

Satis clarus est apud timentem, quisquis timetur. *Tacitus.*

Natura pauoris est, ut cum omnia timeat, presentia maxime displiceant. *Id.*

Effugit morte, quisquis contempserit, timidissimum quemque consequitur.

tur. *D. Darij. Curtius.*

Timidus est, qui mori non uult, cum oportet: & qui uult, cum non oportet. *Iosephus.*

Timor memoriā excutit, & ars citra praestantiam animi inter pericula nihil prodest. *Thucyd.*

Timidi & ignavi hominis est, praeteritam facultatem frustra lamentari: fortis autem et industrii nihil, quo res in tempore commode fieri possit, elabiprætermittere. *Oforius.*

TURPITUDO.

Turpitudo saepe in regnum honestatis ingrediens opinione vulgi, & stultorum hominum ignorantia freata aditus sibi ad honorem & gloriam patefacit. *Plut.*

Nihil turpis conuicio, quod in autorem recidit. *Idem.*

Honesta omittere, non minus quam turpia agere, molestum. *Idem.*

TYRANNVS.

Tyranni, quo magis potentiam augment, eo magis timorem: quia priores timere coguntur. *Plut.*

Tyrannidem sumere uidetur iniurium,

I 3 rium,

rium, deponere periculoseum. D. Periclis. Thucyd.

Hoc in primis malum in tyrannide est, ut amicorum etiam fides sit suspecta. Sabellicus.

Vitium efferae crudelitatis aut ingenitum tyrannis, aut necessitate inductum. Thucyd. Iouius.

Tyrannis suos satellites commune maleficium communisq; metus conciliat. D. Brutus. Appianus.

Accidit plerumq; ut ea odia, quæ diu in tyrannos stante eorum fortuna exitij timore dissimulantur, quum eo rum res labare coeperunt, acrius atq; liberius erumpant. Iouius.

VERITAS.

Veritas uisu, & mora: falsæ res festinatione, & incertis rumorib. ualeant. Tacit. Veritatis simplex sermo. Ami.

Qui palam se ueritatis studiosos declarat, eorum uerba petentium alii quid non minus possunt, quam uis aliorū si quem frugi reddere uelint, non minus efficiunt loquendo, quā aliū puniendo. Xenophon.

Arduum in dicendo seruare tem peramen-

peramentum in ea re, qua uix etiā ueritatis opinio confirmari potest. Thucyd.

Qui inexpertus est, is quicquid supra suā uim audit, ait supergressum esse ueritatem. Idem.

VICTORIA.

Dubiam fortunam tutæ anteponere uictoriae, insanū. D. Brutus. Att.

Nihil in affectibus mortalium magis spiritus efficit insolentes, quam ipsa uictoria. Iouius.

Uictoriae nisi imperatoris manu paretur, non sunt omnino integræ. D. Selymi. Iouius. Honigerus.

Vna uictoria pura & sincera nihil ab hostiis graue pati. Agathias.

Strenui ignauicq; in uictoria idem audent. Tacitus.

In uictoria uel ignauis licet gloria, contraria res aduersæ bonis etiam detrectant. Sabellicus.

In uictoria laborem nemo sentit. D. Alex. Seueri. Lampridius.

Uictoria omnia tegit, præteritorumq; oblita malorum semper noua meditatur. Procopius.

Satis ad laudem uiris prudenteribus

victoriā retulisse, nimia autem uelle cuique potest in iacturā uerti. Idem.

Potior est uictoria moderata sine uulnere, quād eadem si decertes & uincas summe optima & cruēta. Iou.

Nihil ad uictoriā expeditius, quā hostē in suo uelut conatu opprimere, dum illum adhuc obiectae difficultates, & iactata suorum cōsilia distineant. Leuitinus Appollonius.

Penes quos est uictoria, ad eos quoque munera confluere solent, ne latius iragetur: quemadmodū morbi periculosi diligentius curantur, ne serpent longius. Nicetas.

Victoria libidinis & insolentiae plena neminē agnoscit, nisi cum qui dum mars adhuc cōmunitis est, remanuque partū fortunam adiuuerit. Iou.

Victoria opes omnes in eam partem, in quā inclinat, deferre est apta. Procopius.

Indecorum uictoribus uictis uincendi locum dare. Abb. Vrsp.

Victoriā furari turpe, manifeste & sine dolo uincendum. D. Alexandri Arrianus.

Victo-

Victoribus bellum undecumque abest longissimē uictis, et si multum hostis abfuerit, proximum est omne periculum. D. Phocionis. Plut.

Qui uincuntur, uinctā habēt lingua, ut non audeant hiscere. Idem.

Vnicum uictis in cōsensu leuitatum. Tacitus.

Perire cum inferiore superiore, uicti triumphus. Egesippus.

Solent dī immortales ijs qui iusta ac necessaria arma induerunt, & bellī causa prēstant, certam uincēdi occasionem proponere. Iouius.

Maturam certamque uictoriā universa bellī nō temere expectant, qui bellicis sumptibus non deterrentur. Idem.

Hospes uictoria nullum propriū domicilium habens, nulli peculare, nulli hæreditarium semper uincere. Scodrensis.

Ea uictoria plena ueraque potius æstimanda, quæ ducis ingenio atque artibus magis, quād quæ aperta uirtute atque audacia militum comparatur. Iouius.

I 5 Non

Non multitudo, non robur uictoria parit: sed iij qui dijs adiuuantibus firmiorib. animis adoruntur hostes. Xenophon.

Non multitudo, nec mortalium uirtute, sed uoluntate superum uictoria datur. Aemyl.

Nusquam magis cauendū, quam in uictoria. Egesippus.

Multae sunt bellī uices, tesserae instar uoluuntur res mortalium: nunc his, nunc illis fauet uictoria Nicetas.

Ille uincit, qui milites regit. Lamp.

Hortamentum uictoriæ uel pullis pudor. Tacitus.

Potiri rerum hoc etiam habet, ut eorū qui uicti sunt, facultates ad uictores transeant. Xenophon.

Acriore disciplina uicti, quam uictores agunt, hos ira, odium ultionis cupiditas ad uirtutem accendit: illi per fastidium & contumaciam hebescent. Tacitus.

VIRTVS.

Quæ cum uoluptate agimus, dulcia sunt: quæ cum uirtute, glorioſa. D. Alex. Seueri, Herodianus,

Quod

Quod cunctatione delinquitur, uirtute corrigendum. Tacit.

Nullum debet fastidiri genus hominum, in quo eniter uirtus. Luius.

Virtus seipsa freta, & sui fiducia ferè imperterrita, seipsa contenta est, semperq; sibi cōstat. Aemyl.

Veræ uirtutis nomen insolentis fortune fluctib. iactari quidem, sed nunquam mergi atque opprimi potest. Iouius.

Grauissimi muneris nomen non inanibus titulis: sed uerę uirtutis operibus sustentatur. Idem.

Vbique uirtus inuidos urit, à calumniatoribusq; oppugnatur. Aemyl.

Periculis assueta uirtus, in difficultibus educata. Scodrensis.

Solida uirtus nascitur magis, quam fingitur. Valer.

Vir q; suis uirtutib. cōfidit, alterius gloria nō inuidet. D. Scipionis. Plut.

Virtus etiam in calamitate, multū uel apud hostes momentum, habet. Zonaras.

Tanta uis est præstantissimę uirtutis, ut extra inuidiam, uel in hoste celabran-

lebranda censeatur. Iouius.

Quauis in re parere homin es illis uolunt, quos existimant præstantissimos. Xenophon.

Nemo unquā peruenit ad uirtutū summā iam maturus: nīsi qui puer seminario uirtutū generosiore concretus aliquid inclytum designauerit. Vopiscus.

Summē uirtuti semper infestum, et atrox inuidiæ monstrum. Iouius.

Virtute faciendum, quicquid in rebus bellicis est gerendum. D. Zenobia. Vopiscus.

Nullus tam infestus locus, nulla uis armorū, quam comite fortuna uiorum uirtus do mare nō possit. Sabell.

Quo præstantior uirtus, eo maiori uerborū honore cōmendata ad posteros transmitti debet. Aemylius.

Virtus cadentium magnam habet reuerentiam etiam apud hostes: ignavia uero etiā si fortunata sit, tamē uinculatione non caret. Plutarch.

VINDICTA.

Qui acceptæ iniuriæ uindictā cogunt, facile ad omne perfidiæ uel audaciæ

daciæ facinus impelluntur. Iouius.

Vindictæ & libertatis cupiditas furorem animis hominum, & audaciam generant. Gerardus.

Tanquam vindictæ cupiditas potest, quod cogit homines ad hostes recurserem. Idem.

VIPS.

Qui ui coguntur, ita oderunt, ut quibus aliquid ademptum sit. Xeno.

Vim inferre eorum est, qui robur habent absque consilio. Idem.

Vi agere quibus licet, iudicio experiri nihil opus est. Thucyd.

VITIVM.

Mature à rectis in uitia, à uitijis in praua, à prauis in præcipitiā perueniatur. Vell. Paterculus.

Maximis uiris exprobrare uitia sua uerecundia uerat. Valer.

Rapacissimo cuique ac perditissimo sola instrumenta uitiorum manet. Tacitus.

VOLVPTAS.

Homines quanto pecunia dites, et uoluptatib. opulentí, tanto magis imbelles. Tacitus.

Nulla

Nulla uoluptas humana uidetur ad diuinā propius accedere, quā ea quae ex honorib. p̄cipit̄ delectatio. Xen.

UTILITAS.

Nihil à quoquā expetitur, nisi cuius fructus ante prouiderit. Tacit.

Cedit interdū generosus spiritus utilitati, & fortunę uirib. succumbit: ubi nisi tutiora elegerit consilia, speciosa sequenti concidendum. Iouius.

Omnes ea diligunt, è quibus se p̄cepturos aliquid utilitatis putent. Xeno.

Nō inuidiosum aliquē qui in summum periculū deducitur, cōsulere rebus suis. Thucyd.

Omnes facile appetunt, q̄ pro cunctorū utilitate tentant̄. Aen. Sylrius.

Cum de publica utilitate consulitur, ipsa utilitas per se inspiciēda, nec alijs respectib. odij uel amoris pessum danda. Procopius.

Fides integrā seruat̄, ubi magnitudo quæstuū spectatur. Tacit.

VULGUS.

Non cuiusuis est, nec p̄ tractatu & factu facile, vulgus & multitudinem salutarib. allicere rationib. & in officiō cōtinere. Plut.

Vul-

Vulgus gnauum, et nihil ultra audit. Tacit.

Plebs simplex & mutabilis, & nil nisi libidinē in cōsilio habet. Nicetas.

Leuita semper uulgi studia, leuiter enim amat & odit. Sabell.

Mobilis & infida populorū natura est, ut facile quos desertos à fortuna cōspexerint, statim soluto pudore destituant. Iouius.

Vulgus nouarum rerū cupiens pauidusq;. Tacit.

Vulgus cupiēs uoluptatū, & si eo princeps trahat, letum & ad deteriora promptum. Idem.

Plebs ad res gerēdas sine consilio p̄ceps ruīt, torrenti flumini similis. Herodotus.

Nihil ex cōsilio, sed ex euētu vulgus omnia metit. Scodr.

Populorū natura proclivis est ad sperandum magis q̄ decet, ad patiendum inītus, quam necesse est, & ad præsentia fallidiēda. Guicciardinus.

FINIS.

Errata, Pag. 30 lin. 10. leg. probare, 32. 2. sunt nō.
33. 8. nō. 58. 26. F V T V R A. 74. 2. dele neq;. 78.
1. ni. 113. 2. miseria. 116. 8. reddunt. 26. ingruit. 117
16. infelices. 123. 22. scelere.